

illius, probat expressè textus in cap. *Peruenit. 95. dist.* ergo etiam licet sacerdos sit ordinarius minister huius sacramenti, ex dispensatione tamen Summi Pontificis poterit sufficere Diaconus; maximè cum hoc sacramentum sit maioris necessitatis. Respondetur esse diuersam rationem in hoc sacramento confirmationis, quæ diuersa ratio desumenda est ex institutione vtriusque sacramenti: nam hoc sacramentum poenitentiae ita Christus instituit, vt in nulla necessitate possit ab alio, quam à sacerdote ministrari: at verò sacramentum confirmationis ita instituit, vt ordinarius minister illius esset Episcopus, extraordinarius verò in necessitatibus, & ex dispensatione deficiente Episcopo quilibet sacerdos. Quæ institutio patet ex traditione Ecclesiae: causa verò seu potius conuenientia, vt animaduertit Soar. tom. 4. de poenit. disp. 24. sect. 1. num. 6. est quia præsbyteri iam habent potestatem consecrandi, & conficiendi corpus Christi; & adhuc lis est, & opinio, an præsbyteri in charactere differant ab Episcopo. Secundò dices, quod minister sacramenti baptismi in necessitate, deficiente sacerdote diacono, vel subdiacono, potest esse quilibet laicus; ergo etiam eadem necessitas efficere poterit vt laicus possit confessionem audire, maxime in articulo mortis. Respondetur sacramentum baptismi maioris necessitatis esse, & ideò oportuit, vt Christus in institutione non solum commisisset illud sacerdotibus, sed etiam cuilibet homini, vel mulieri in necessitate, etiam Turcæ, & pagano, deficiente sacerdote; sacramentum vero poenitentiae

cum possit suppleri per cōtritionem, deficiente copia confessarij, tantum sacerdotibus commisit. Tertio obijcies de textu in cap. *Fures de furtis*, vbi dicitur, si fures cōprehensi, præsbytero, aut diacono confessi fuerint communionem ijs dandam esse. Respondetur cum Soar. tom. 4. disp. 24. sect. 1. num. 11. sensum esse si ostenderit signa contritionis, & poenitentiae, non esse illi denegandam communionem: numerantur autem specialiter sacerdos, & diaconus, quia à sacerdote potest & absolui, & communicari: Diaconus vero quauis non possit illum absoluerè, potest tamen in illo articulo, & deficiente sacerdote, Eucharistiae sacramentum ministrare illi, dummodò, alius se sufficienter dispositum ostēdat. Et hoc significatum est per illa verba, *Si Diacono confessus fuerit.* & aptius habes in §. 2. huius disput.

Supposito iam quod maneat firmum ac stabile solos sacerdotes esse sacramenti poenitentiae ministros à Christo Domino constitutos, in presenti videndum est, an remittant peccata per se, vt iudices tantum, vel vt ministri Dei, & in consequentiam sacramenti. In qua questione imprimis quod solum tanquam iudex sacerdos peccata soluat in sacramento poenitentiae, facit primo textus in cap. *Verbum de poenitent. dist. 1.* Secundò, quia tanquam iudex suam habere potestatem dicitur, latè Trident. sess. 14. cap. 5. & 6. cuius doctrinae oppositum damnatur in ibi can. 9. In contrarium verò quod solum tanquam ministri Dei stat expressè textus in cap. 2. de officio ordin. ibi, *Quia non vt iudex, sed vt Deus.*

8.
Ca. Fures
de furtis.

Soar.

9.

C. Verbum
de poen. d. 1.

Trident.

C. 2. de of-
ficio ord.

Pro

10. Pro horum iurium intelligentia, & concordia tres potissimas notabimus differentias inter iurisdictionē fori interioris, & exterioris. Prima est quod prior iurisdictione nec sacerdoti, nec etiam Papæ, seu Ecclesiæ aliter competit, quam in consequentiam sacramenti pœnitentiæ: contra vero posterior competit per se absque alicuius sacramenti respectu. Secunda differentia est, quod prior competit ministris Christi, non in quantum est homo, sed in quantum Deus. Posterior autem è conuerso: colligitur hæc differentia ex dicto cap. 2. de officio ord. ibi, *Sed ut Deus*, & ex dicto cap. *Verbum*, ibi, *nullius potestatis*: & probatur ratione; cum prior iurisdictione ad remittenda peccata, atque adeo ad impium iustificandum efficac sit, iuxta illud Ioã. 20. *Quorum remisistis, &c.* docet Trident. sess. 14. cap. 1. & 2. & negari nequeat, quod licet Christus Dominus in quantum homo per potestatem excellentiæ sibi datam meritorie, & velut instrumentaliter hūc operetur effectum. D. Thom. 3. p. q. 64. art. 3. nequaquam tamen ipse aliter quam in quantum Deus per potestatem auctoritatis, hoc est, tanquā principalis agens eundem operetur effectum, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Deus est, qui iustificat*, D. Thom. d. q. 8. artic. 1. ad primum, & passim omnes Theologi, textus optimus in proposito in d. cap. *Verbum*, intelligēdo per verbum Dei ipsum Christū, in quantum est Deus, iuxta illud Ioan. 1. *Et Verbum caro factum est*. ad idem textus in cap. *Multi*, ibi, *diuina virtus*. 1. q. 1. docet Trident. vbi supra. Rectè fit priorē illam iurisdictionē solis Christi ministris secundum quod Christus

est Deus, competere. Non sic dicendum est de posteriori, quippe quæ cū ad iustificandum impium efficac non sit, haud dubiè Christo in quantum homini omnino data noscitur, iuxta illud Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas*, à quo quidem tanquam ab Ecclesiæ capite, iuxta illud ad Ephes. 1. *Ipsū dedit caput super omnes Ecclesias*, comprobatur D. Thom. d. art. 1. in tuū Vicarium, nempe Papam, atque adeo in suum corpus, quod est Ecclesia deriuatur, cap. *Ita Dominus*. 19. dist. 12. Tertia differentia est, quod prior iurisdictione non rectè dicitur ecclesiastica, sed diuina, contra verò posterior è conuerso, colligitur hæc differentia ex cap. *à nobis*. 2. de sentent. excōmunicat. dum inter iudicium diuinum, & ecclesiasticum distinguit: probatur ratione, nam cum prior iurisdictione solis competat ministris sacramenti pœnitentiæ, iuxta prædicta, cuius quidē sacramenti proinde ac cæterorum solus Christus in quantum Deus est principalis auctor, D. Thom. d. q. 64. ar. 1. & passim omnes Theologi, textus optimus in d. cap. *Multi*, ibi, *sub tegumento*; rectè fit iurisdictionem illam esse diuinam ex regula cap. *Mulieres*, §. *Illi verò*, de sentent. Non sic dicendum de posteriori, quæ cum à Christo Domino tanquam ab Ecclesiæ capite in suum vicarium, & deinde in Ecclesiæ membra deriuetur d. cap. *Ita Dominus*, vtique iurisdictione Ecclesiæ, seu ecclesiastica merito conferri debet, d. cap. *à nobis*. His expensis patet vera intelligētia ad textum in d. cap. 2. de offic. ordin. cum iuribus in contrarium citatis, fateor namque sacerdotem in sacramento pœnitentiæ esse verè iudicē, sacramen-

Mat. vlt.

Ephes. 1.

D. Thom.

C. Ita Dominus. 19. dist. 12.

Ca. A nobis. de sent. excōm.

D. Thom.

C. Multi.

C. Mulieres.

C. Ita Dominus.

C. à nobis.

13. C. 2. de offic. ordin.

sacramentalemque absolutionem ve-
ram esse sententiam, idque iura con-
traria satis euincunt. Sed nihilominus
cum non per se, sed in consequentiam
eiusdem sacramenti, atque adeo vel-
ut Dei minister sit iudex, iuxta mo-
dò resoluta; utique propriè, & sim-
pliciter loquendo, non iudex, sed
potiùs eiusdem sacramenti, seu Dei
minister appellari debet, ex regula-

Regu. Ac-
cessorium.

Accessorium in 6. sic alias licet hi, qui,
bus executio principaliter demanda-
tur, vere sint iudices, l. *Etsi non cog-*

L. *Etsi non*
cognitio.
Glossa re-
cepta.

nitio, Cod. *Si contra ius*, Glossa recep-
ta, verbo *principalis*, in capit. *Si super*
gratia, de officio delegat. libr. 6. Ex
quo tamen iurisdictio eisdem non

C. de cete-
ro.

aliter, quam in consequentiam sibi
commisæ executionis conceditur,
haud dubie non iudices, sed potiùs
executores appellantur, cap. *de cæ-*

C. Verbu.

tero, cum alijs de re iudic. Iuxta hunc
sensum rectè procedit d. cap. 2. ibi,
Quia non ut iudex scit, sed ut Deus. Et
consonat d. cap. *Verbum*, ibi, *sacerdos*
quidem suum officium exhibet, & nul-

Alb. Mag.

lius potestatis, &c. Sic planè signifi-
cans sacerdotem in hoc sacramento,
non ita iudicem esse, quasi alicuius
humanæ potestatis iura exerceat, sed
solum tanquam Dei ministrum, ut
per Card. S. Xisti post Albert. Mag-
num ibidem num. 15. ad idem Tri-
dent. sess. 14. cap. 6. ibi, *Absolutio sacer-*

Trident.

dotis alieni beneficij sit dispensatio. intel-
ligendo per beneficium alienum ef-
fectum sacramenti, cuius aliàs sacer-
dos dispensator dicitur, iuxta illud
Pauli 1. ad Corinth. 4. *Et dispensatores*

1. Cor. 4.

mysteriorum Dei.
Explicata igitur hac difficultate,
inquirendum est modò illam quæ
habet, vtrum in huiusmodi sacerdo-

14.

tibus sufficiat solum ordinis potestas,
quam tantùm sacerdotes accipiunt in
ordinatione, vel requiratur vltra po-
testas iurisditionis, ad hoc vt sint mi-
nistri idonei, & sufficientes huius sa-
cramenti, & validè illud ministrent?
Omissis ergo hereticorū erroribus,
inter Catholicos controuersia est, nō
leuis. Quidam enim dixerunt, omnes
sacerdotes ex vi ordinis sacerdotalis,
& suæ ordinationis, esse diuino iure
idoneos ministros, & sufficientes hu-
ius sacramenti, ita vt quantumuis Ec-
clesia illis prohibeat, ne hoc sacramē-
tum ministrent, semper tamen validè
absoluant, licet non licite. Ita docet
Armaianus libr. 11. de quæstionibus
Armenorum à principio, Almainus
in 4. dist. 18. quæstione vnica, & non
putat improbabilem Durand. distin.
19. quæstione secunda. Fundamentū
præcipuum huius opinionis sumitur
ex ipsa institutione Christi Ioan. 20.

Accipite Spiritum Sanctum quorum re-
miseritis peccata remittuntur eis, &
quorum retinueritis, retenta sunt. Nam
ex vi horum verborum constituti
sunt Apostoli, & omnes sacerdotes
illorum in sacerdotio successores ido-
nei, ac sufficientes ministri huius sacra-
menti. Ergo licet Ecclesia possit illo-
rum actus prohibere, nō potest tamē
irritare; sicut enim nō potest irritare
actū consecrationis corporis Christi,
licet possit prohibere, ita non potest
irritare actū absolutionis, licet illum
prohibere possit. Vrget secūdò, quia
in articulo mortis potest quilibet sa-
cerdos nō approbatus validè absolue-
re à mortalibus, & extra illū valet, &
licita est absolutio venialium cuiuslibet
sacerdotis nō approbati: ergo potestas
cōficiēdi, & cōferēdi hoc sacramētū,

ita

ita

Armaia.

Almainus.

Durand.

Ioan. 20.

ita est cōmunis omnibus sacerdotibus iure diuino, & ex vi suæ institutionis, ut ab eis nullo modo possit per Ecclesiam auferri, licet illam ex causa possit prohibere.

15.

Trident.

Cæterum hæc opinio iam hodie est erronea post Concilium Trident. sess. 14. cap. 7. asserens inualidam esse absolutionem à sacerdote datam, qui neque delegatam, neque ordinariam iurisdictionem habet, & sessione 23. cap. 15. ubi dicit nullum sacerdotem esse idoneum, aut sufficientem ministrum huius sacramenti, etiam regularem, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopo, prævio examine, aut quouis alio modo approbetur: nam potestas ordinis sacerdotalis, licet sit fundamentum potestatis iurisdictionis, & tale fundamentum, ut sine ea nequeat consistere, est tamen distincta ab illa, ut optimè notat Soarius tomo 4. de pœnitentia, disputatione 24. sectione 2. num. 7. semper enim valor huius sacramenti ex parte ministri pendet à concessione superioris, vel ablatione.

16.

Medin.

Alij autem etiam Catholici auctores, quos tacito nomine arguit Medina Codice de confess. quæst. de confessione, non necessitate, sed voluntate facta, distinguunt inter confessionem voluntariam, & confessionem obligatoriam ex præcepto; in prima dicebant quemlibet ordinarium sacerdotem etiam si approbatus non sit, posse esse ministrum illius: de confessione verò necessaria asseriebant non quemlibet sacerdotem ordinarium posse esse ministrum illius, sed illum tantum, qui approbatus est, & iurisdictionem ha-

bet; quam necessitatem existimabant oriri ex capite *Omnis utriusque sexus*, de pœnitent. & remission. præcipiente confessionem annuam fieri proprio sacerdoti.

Ca. Omnis utriusque sexus.

Sed hæc sententia etiam erronea est cum non sit minus falsa, quam præcedens. Nam Concilium Tridentin. ad valorem huius sacramenti, & cuiuscunque confessionis requirit iurisdictionem, & approbationem Episcopi: deindè quia aliàs quavis in confessione ex præcepto esset necessaria iurisdictione, ut licitè ministraretur sacramentum, non esset tamen necessaria ad valorem illius, quia solum præceptum Ecclesiæ ad hoc non sufficit.

17.

Trident.

Vnde statuendum est ad absoluendum non sufficere solam ordinis potestatem, quam solum sacerdotes accipiunt in ordinatione; sed requiri ultra potestatem iurisdictionis est cōmunis omnium Doctorum rectè sentientium Soar. tom. 4. de pœnitentia, disput. 24. sect. 2. nu. 5. Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 5. D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. Petr. Soto lect. 5. de pœnit. Nauar. in sum. cap. 27. num. 259. Soto in 4. dist. 18. quæst. 4. artic. 2. Ledesma. 2. 4. quæst. 32. ar. 1. Bellarm. 2. parte de sacram. disput. 8. dubio 2. Fagund. in secundo præcept. libr. 7. cap. 3. n. 14. Patet ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 7. Probatur ratione quæ Concilium expresse tangit, quia ratio iudicij ex sua natura intrinsecè, & essentialiter postulat, ut sententia nõ feratur, nisi in subditos: ergo iurisdictione in illos debet habere, quia nullius valoris est sententia absolutionis, quæ sacerdos in eum profert in quæ iurisdictione non habet. Et confirmatur ex verbis

18.

*Soar. Henriq. D. Thom. Soto. Nauar.**Ledesma. Bellarm. Fagund.**Trident.**Soar. Fagund.**D. Thom. Ex. Qu. run.**Hoff. Abb. Nauar. Auf. Glos. Gra.*

verbis Concilij, ibi, *Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse synodus hoc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert in quem ordinariã, aut delegatam iurisdictionem non habet.* Alias rationes adducit Soar. & Fagund. vbi supra, hæc satis assertio- nem confirmat.

Habemus iam quod sacerdotes ad hoc vt sufficientes idonei, & ministri ad soluendum dicantur, necesse est vt illis detur iurisdictione in subditos, nũc verò sciendum est quomodo talis iurisdictione eis conferatur. Communis Theologorum docet præter potestatem ordinis, alteram dari iurisdictionis, quam aiunt sacerdotes ab Ecclesia recipere, dum eis subditi traduntur. Ita D. Thom. & alij plures, quos refert, & sequitur Couas 1. resol. cap. 10. n. 11. Sed vrget textus in Extrau. *Quia quorundam, vers. Item quia clauces, ibi, in collatione sacerdotalis ordinis conferuntur, & ibi, clauces autem, que in sacerdotali conferuntur ordine, de verbor. signif.* Cæterum professores nostri censent sacerdotes in sua ordinatione iurisdictionem in habitu recipere, nec aliud post modum ab Ecclesia recipere præter eiusdem iurisdictionis vsum, seu exercitium: ita Hostiens. in sum. de pœnit. §. 3. Abb. in cap. *Omnis*, n. 14. de pœnit. & rem. Nauar. in cap. *Placuit*, num. 25. de pœnit. dist. 5. communis ex Aufrer. de Capell. 221. intendit Glossa in l. 1. ff. de officio præsid. optimè Gratian. in cap. *Adijcimus*, §. *Ecce*, ibi, *executionem sue potestatis, & in cap. Generaliter*. in fine, ibi, *potestatis executionem*. 16. quæstione prima. Aduertendum tamen est vsum loquendi Theologorum rectè expli-

cari posse, si expendas ad esse iurisdictionis subditos pro materia desiderari, Bald. in l. 1. num. 15. ff. iurisdictione. *Bald.* plane cum hos subditos sacerdos in sua ordinatione non recipiat, sed tum demum, quando vel parochus constituitur, vel aliàs ad id subit alicuius superioris auctoritas, d. cap. *Adijcimus*, non immerito tum temporis iurisdictionem recipere censèbit, vt Theologi dicunt. Et iuxta hunc sensum rectè intelligitur Concilium Florent. sub Eugenio. 4. dum in ministro huius sacramenti auctoritatem desiderat absoluendi ordinariam, vel delegatam, vt expressiùs postea definiuit Concilium Trident. d. sess. 14. cap. 7.

Constituto ergo quoad absolendum præter potestatem ordinis requiratur iurisdictione, quam sacerdos ab Ecclesia accepit, consequitur indagare, qui nam habeant hanc iurisdictionem ab Ecclesia, seu vsum, vel exercitium, vt nostri professores volunt, quare vt perfecta materiae resolutio tradatur dicendum est primò vnicuique fidelium tres esse ordinarios confessores, Papam scilicet vniuerso in orbe, qui immediatè accipit suam iurisdictionem à Christo Domino, vt supra probauimus in 1. disp. Episcopum in sua diocesi, qui iurisdictionem immediatè accipit à Papa, vt iam diximus in 6. disputatione, parochum in propria parochia, qui suã accipit iurisdictionem immediatè ab Episcopo, quando ad officium parochiale eligitur, ita docet Hostiens. & omnes in dicto capite *Omnis*, asserit Nauar. in dicto cap. *Placuit*, num. 124. Soto quæstione 4. articulo 2. versic. *Tres ergo*, refert innumeros,

Bald.
C. Adijcimus.
Coc. Flor.
Trident.
20.

Hostien.
Nauar.
Soto.

Soar.
Fagund.

19.

D. Thom.
Cov.

Extrau. g.
Quia quorundam.

Hostien.
Abb.
Nauar.
Aufrer.
Glossa.
Gratian.

Henriq.
Soar.
Fagund.
Viuald.

Hériq. lib. 6. c. 7. Soar. disp. 25. sect. 1. num. 1. Fagund. in 2. præcept. lib. 7. c. 2. & est communis omnium secundū Viuald. de confess. n. 27. Ratio verò quoad Summum Pontificem constat ex resolutis in disput. 1. vbi ostendimus plenissimam tam ordinis, quàm iurisdictionis potestatem esse penes Summum Pontificem. Quoad Episcopos idem probatur ex receptissimo axiomate Theologorum, atque nostrorum, qui docent ea omnia posse Episcopos in suis diocesisibus, quæ potest Papa in vniuerso orbe, si specialiter non fuerint reseruata adest præterea expressa auctoritas textus in cap. 2. de pœnit. & remiss. libr. 6. iuncta Glossa ibi, verbo suo subdito recepta ultra multos præcitatos ex multis, de quibus Gutier. can. quæst. lib. 1. cap. 30. n. 12. & cap. 27. n. 24.

Cap. 2. de
pœnit. &
remiss.
Glossa.
Gutier.

21.

Sed aduertendum est, quod licet prædictæ rationes concludant Summum Pontificem in vniuerso orbe, & Episcopū in sua diocesi, iure proprio, & ex ordinaria potestate posse suorum subditorum audire confessiones, atq; ideo in latiori significatione proprii sacerdotes rectè intelligantur: proprie tamen & strictè proprius sacerdos dicitur solus ille, cui immediatè incumbit cura propriæ parochiæ, vt in terminis dicti cap. *Omnis*, explicans illa verba, *proprio sacerdoti*, satis deducitur ex textu in Extrauagant. *Vices*, vers. *Quod etiam*, de treuga, & pace inter communes, quod etiam magis voluit Hostiens. in d. cap. *Omnis*, verbo, *proprio*, & post Can. resoluit Henriq. d. cap. 7. à princip. liter. B. Soar. d. disp. 25. sect. 2. n. 3. Et patet ratio, quanuis enim particula illa, *sacerdos*, aliquando ad Episcopos referatur, vt in cap.

C. *Omnis*
utriusque
sexus.

Extrau.
Vices.

Host.
Can.
Henriq.
Soar.

3. de re iud. in rigore tamen, & strictè loquendo distinctum gradum facit sacerdos, & Episcopus, cap. *Cleros*. 21. dist. & diximus latè in disput. de Episcopis, ac subindè licet prædicti tres proprie ordinarij dicantur confessores, proprie tamen solus parochus dicitur proprius sacerdos.

C. 3. de sē-
tent. & re
iud.
C. Clero.

Hæc tamen iurisdictione his tribus competens ordinarie intelligenda est secundum ea, quæ suprâ diximus, vt scilicet per talem iurisdictionem sint sacerdotes sufficētes ministri ad absoluendū à peccatis mortalibus nunquam confessis; quia à peccatis venialibus, & à mortalibus iam semel ritè confessis potest absoluere quilibet sacerdos ex vi sui sacerdotij; præsertim si sit ab Ecclesia toleratus, modo de illis solū fiat confessio: ita docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 24. sect. 2. n. 8. Hériq. lib. 3. de pœnit. c. 5. n. 4. Ledesma 2. 4. quæst. 7. art. 5. dub. 16. in fine, Caiet. verbo, *absolutio*, c. 2. Paludan. in 4. dist. 15. q. 1. Cane in Relect. de pœnit. part. 5. Maior in 4. dist. 19. quæst. 1. §. *Sed contra Aureolum*, Fagund. in 2. præcept. lib. 7. cap. 1. nu. 15. qui alios refert. Omissio fundamenti Caiet. & aliorū dum asserit, quod ad absoluendum in tali casu non requiritur propria iurisdictione, sed sufficit voluntaria subiectio pœnitentis, quod repugnat definitioni Concil. Trid. dicta sess. 14. cap. 7. absolutè asserentis ministrum huius sacramenti debere habere iurisdictionem; vera huius rei ratio est, quæ assignat Soar. dicto n. 8. quia circa venialia, & mortalia iam rite confessis, & absoluta omnibus sacerdotibus censetur data iurisdictione ab Ecclesia, & hic fuit semper vsus, & consuetudo illius.

22.

Soar.
Henriq.
Ledesma.
Caiet.
Palud.
Cano.
Maior.
Fagund.

Trident.

Soar.

Cæterum

23. Cæterum norandum est, quod in casu extremæ necessitatis, & mortis articulo, non solum sacerdotes habentes prædictam iurisdictionem ab Ecclesia, sed quicumque sacerdos etiam excommunicatus non toleratus, potest absolueri ab omnibus peccatis mortalibus, & censuris etiam reseruat. Est communis omnium Doctorem, ut latè & eleganter refert Fagund. in suo quinchalog. 2. præcept. lib. 7. cap. 1. n. 16.

Fagund.

24.

Discriminantur tamen Doctores in assignanda huius veritatis ratione. Navar. enim cap. 27. n. 270. §. 7. cum Syluest. & Paludan. existimat, quod omnes sacerdotes ex vi suæ ordinationis iure diuino accipiunt iurisdictionem in habitu, quæ eodem iure ex consuetudine Ecclesiæ, in mortis articulo possit exire in actum, quam iurisdictionem cum iure diuino datur, putant non posse auferri à Papa pro eo articulo. Verius tamen est quod ea iurisdictione datur omni sacerdoti etiam non approbato in articulo mortis iure tantum ecclesiastico, in ordinem ad salutem æternam, quæ nobis communicanda est virtute sacramentorum; ita docent omnes Henr. lib. 3. de pœnit. cap. 11. n. 2. Turrecr. lib. 1. sum. Eccles. c. 98. Soto distinct. 18. q. 4. art. 4. vers. *At verò*, & significat D. Thom. dist. 19. q. 1. art. 1. & alij, quos citat Cou. cap. *Alma mater*. 1. p. §. 6. n. 6. Fagund. d. cap. 1. nu. 16. Vnde cum datur iure ecclesiastico, poterit Papa de potentia absoluta in articulo mortis eam auferre, quanuis nunquam efficiet propter antiquissimam consuetudinem, & quia non dabitur causa iusta, ob quam id efficiat, & de facto modo aliquo eam iurisdictionem

Navar.
Syluest.
Palud.Henr.
Turrecr.
Soto.
D. Thom.
Cou.
Fagund.

A ctionem iam Summi Pontifices pro eo articulo mortis sacerdotibus limitarunt, reseruant enim excommunicationes cum ea limitatione, ut in articulo mortis absoluantur à quocunque sacerdote sub onere, & conditione præsentandi se Papæ si euadant, quando excommunicatio erat Papalis, ut patet ex cap. *Eos qui*, de sentent. excommunicat. & ex toto illo titulo in decretalibus, & lib. 6.

C. *Eos qui*

B Ex dictis planè consequitur posse Ecclesiam impedire sacerdoti hæretico, aut præciso ne validè absoluat, est receptissima traditio, quam argumento text. in cap. *Ad probandum*, de re iud. comprobatur, & explicat eleganter Navar. in Man. cap. 9. à n. 8. Henr. 2. p. lib. 13. cap. 10. §. 2. & sequentibus, Viuald. 1. part. tit. *de absolute*, n. 79. & 2. part. tit. *de excommunicatione*, à num. 29. Ratio in promptum est: resoluimus enim præter sacerdotium requiri etiam iurisdictionem, quæ illis iure humano, & ecclesiastico datur, ergo eam auferre potest Ecclesia in his casibus. Sed videtur obstare quod etiam sacerdos præcisus ab Ecclesia validè conficit sacramentum Eucharistiæ, iuxta modò dicta, proinde constat sacramentum ordinis, aliaq; sacramenta ab Episcopo præciso licet illicitè, validè tamen conferri; sed rationem differentie iam supra expendimus in hac disp. §. 2. quia in sacramento Eucharistiæ, alijsq; similibus non requiritur actus aliquis exterior suscipientis, sed tantum materia exterius approbata, at verò in sacramento pœnitentiæ, actus totius pœnitentis exiguntur, & necessarij sunt, tanquam materia ipsius sacramenti, cum igitur in sua ordinatione sacer-

25.

C. *Ad probandum*.Nav.
Henr.
Viuald.

dotes materiã illã, & subiectionẽ personarũ nõ recipiãt rectẽ diximus vel subditos, vel potestãtẽ postea ab Ecclesia accipere, dũ subditi eis traduntur. Ita Soto in 4. d. 18. q. 4. ar. 2. Nau. cap. 1. à principio de pœnit. dist. 6. & in Man. cap. 4. à num. 1. plures relati à Viuald. 1. part. tit. de absolutione, num. 48.

Atque hinc tandem prænотandum est sacerdotes non solum habere potestatem soluendi, verum etiam ligandi: constat ex definitione clauium, vbi vtrumque ponitur, & deinde ex auctoritatibus Christi Domini Matth. 16. & Ioan. 20. & Trid. dicta sess. 14. cap. 1. & can. 3. facit etiam vulgaris regula, quod à pari procedit ligandi, & soluendi potestas, l. 2. ff. re iud. dictum cap. *Verbum*, cap. *Si Petrus*. 24. quæst. 1. cum alijs de quibus Gom. l. 76 Taur. n. 14. Garcia reg. 110. & de sacrament. pœnit. agens contrariam hæresim damnat Trid. sess. 14. de sacramento pœnit. can. 5.

Vnde iam pendet resolutio illius maximè controuersie inter nostros, atque Theologos, vt scilicet confessorius in sacramento pœnitentię possit ligare pœnitentem ad pœnas aliquas, & pœnitentiã iniungere quam necessariò acceptare teneatur; & pars affirmatiua ex dictis videtur cõprobari. Diximus enim & definit Trid. dicto can. 15. clauis datas esse non solum ad soluendum, sed etiam ad ligandum: ligare autem in hoc sacramento imponendo pœnas nihil aliud esse noscitur, quàm imponere pœnitentiã quam ipse acceptare, & implere teneatur; alioquin iam per pœnas non ligant; igitur necessariò pars affirmatiua tenenda videtur, quam

tenuerunt Magister in 4. dist. 18. & ibi A D. Thom. idem S. Thom. ad 3. part. q. 18. art. 3. & post alios communem sententiã testatur Victor. de sacram. nu. 209. tuctur latè Soto dist. 20. q. 1. art. 2. & contrarium esse contra sensum Patrum, & sacrorum canonum, ideoque minimè asserendum Graph. d. lib. 1. cap. 31. n. 20. & esse catholicã sententiã, & de fide tenendam scribit vbi proximo, & ex Ledesma refert Viuald. in candelabro Ecclesię 1. part. de satisfactione n. 18. adducẽtes in confirmationem text. in cap. *Omnis*, de pœnit. ibi, *Iniunctam sibi pœnitentiã, &c.* textus optimus in cap. *Multiplex pœnitentiã*, dist. 1. cap. 1. vers. *ponat pœnitentiã*, dist. 5. latè Fagund. in 2. præcept. lib. 3. cap. 2. n. 17.

Verum contra adeo receptã sententiã grauissimè scripserunt auctores, Scotus in 4. dist. 17. & 19. ad fin. Syluest. verbo *Confessio*. 1. §. 29. Medina in Codice de confess. cap. *de pœnitentiã iniuncta acceptanda*, pag. 99. & ex nostris Hostiens. Abb. in cap. *Significauit*, numer. 2. de pœnit. & remiss. eamque latè tuctur Nauar. in d. cap. 1. vers. *ponat*, à num. 2. & in cap. *Contrarium*, n. 17. de pœnit. dist. 3. & latius contrarijs respondet in Man. cap. 26. n. 20. testatus in vrbe, & orbe receptum, & deindè Viuald. num. 25. vbi proximè; mouentur hi auctores, primo, quia vel esset necessarium pœnitenti pœnitentiã acceptare ad eum finem, vt Deo reconcilietur, vel vt eidem satisfaciat: prius necessarium non est; supponimus enim sufficienter Deo per contritionem esse reconciliatum; non etiam posteriùs, quia multis alijs modis potest satisfacere, scilicet vt per pœnitentiã voluntariè

Soto.
Nau.

Viuald.

26.

Mat. 16.
Ioan. 20.
Trident.

L. 2. ff. re
iud.
C. Verbum
C. Si Petr
Gom.
Garc.
Trident.

27.

Trident.

Magist.
D. Thom.

Victor.

Soto.

Graph.

Ledesm.

Viuald.

C. Omnis.
C. Multiplex de pœnitent.

C. 1. d. 5.
Fagund.
28.

Scotus.
Syluest.
Medin.
Host.
Abbas.

Nauar.

Soar.

Viuald.

T

Ioan

Gra

Soto

Adv

Sot.

Fag

3

riè assumptam, vel per flagella à Deo illata, vt definit Trid. dicta sess. 14. canon. 13. vel etiam remittere ad purgatorium, vbi luant postquam ab hac vita decesserint, iuxta Tridét. sess. 6. can. 3. Secundò argumentantur sic, quemadmodum soluere est remouere obstaculum regni cælorum, quod peccatum est, ita ligare est illud ponere, sed sacerdotis non est peccatū ponere, sed tollere: ergo, &c.

Quibus non obstantibus primam sententiam probabiliorem, rutiorem & sacris canonibus, & Tridét. magis consentaneam esse censeo ex suprà positis fundamentis. Neque obstant in contrarium adducta: nam ad primum respondetur teneri pænitentē pænitentiam acceptare, non solum vt pænæ temporali satisfaciat, sed ad eum finem vt Deo reconcilietur, cū enim Christus Dominus sacerdotibus potestatem concesserit remittēdi vel retinendi peccata Ioan. 20. & iudices illos constituerit ad discernēdum, vtrūm absolutione, vel retentione dignus sit, potest sacerdos si pænitentiam non acceptauerit, pænitentem absolutione indignum iudicare, & ita Deo non reconciliari, quomodo argumento satisfacit Graph. dicto num. 20. Ad secundum rectè respondet Sot. non solum peccatum & culpam esse obstaculum ingressus regni cælorum, sed etiam reatum ad pænā, dum non exoluit, & hoc commisisse Christum Dominum sacerdotibus, vt culpam remitterent, atque etiam pænitentiam, vel ligarent, ad eam explicat latiùs Adrian. & Sot. in probatione primæ conclusionis dictis locis, & Fagund. d. cap. 2. n. 17.

Aduerte tamen clauibus vtendum

esse non ad libitum voluntatis, sed secundum rationis iustitiam, & equitatis dictamen; probatur ex definitione clauium, quæ habet potestatem Ecclesiæ eam esse per quam ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno, sed dignos recipere, & indignos excludere postulat iustitiæ, & rationis dictamen ex his, quæ notantur in lege prima in principio, ff. de iust. & iure l. 2. ff. de legibus, igitur, &c. Facit illa duarum clauium potestatis scientiæ, & discretionis distinctio, de qua supracitati auctores, & confirmatur ex auctoritate Christi Domini Ioan. 21. *Pasce oues meas*, iuncta explicatione omnium Patrum, de qua latè Bellarm. 1. tom. controuers. 3. generali lib. 1. cap. 15. & auctoritate Pauli 2. ad Corinth. 10. ibi, *In adificationem, non verò in destructionem*, comprobatur textus in cap. *Manet*, ibi, *ex ipsius equitate*. 24. quæst. 1. textus elegans in cap. 1. de re iud. in 6. Vnde quanuis in foro pænitentiali receptū sit posse sacerdotes imponere pænitentias arbitrio suo ex suprà dictis, hoc tamen arbitrium non ex libito voluntatis pendere, sed considerandas esse omnes qualitates personæ, culpæ, aliasque circumstantias est receptissimum, vt Sot. in 4. dist. 20. q. 2. art. 3. concl. 1. latè Graph. dicto lib. 1. cap. 31. à num. 4. Nauar. dicto cap. 26. à n. 15. latè Viuald. dicto titulo de satisfactione ex num. 18. Fagund. dicto cap. 2. num. 17. cum sequenti.

§. VI.
Vtrum sacerdotes aliquam habeant potestatem in foro exteriori.

Trident.

29.

Ioan. 20.

Graph.

Soto.

Adrian.
Sot.

Fagund.
30.

l. 1. ff. iust. & iur.
l. 2. ff. leg.

Ioan. 21.

Bellarmin.

2. Cor. 10.

C. Manet

C. 1. de re re iud. in 6

Soto.

Graph.

Nauar.

Viuald.

Fagund.

SUMMARIUM.

- 1 Potestas concedendi indulgentias pertinet ad iurisdictionem fori exterioris.
- 2 Potestatis clauium est indulgentias concedere.
- 3 Omnis potestas clauium reducitur ad potestatem ordinis, vel iurisdictionis fori interioris, vel exterioris.
- 4 Potestas concedendi indulgentias pertinet ad iurisdictionem fori exterioris.
- 5 Indulgentia semper dantur extra sacramentum.
- 6 Ad indulgentias concedendas non est necessaria potestas ordinis, iurisdictione vero omnino requiritur.
- 7 Parochi nec alij presbyteri curati indulgentias concedere possunt.
- 8 Presbyteri non habent potestatem ferendi censuras.
- 9 Solum ille potest censuras ferre, qui habet iurisdictionem fori contentiosum.
- 10 An simplex parochus possit per censuras suos subditos coercere. Pro affirmatiua argumentum adducitur.
- 11 Secundum argumentum.
- 12 Tertia difficultas ex varijs iuribus.
- 13 Parochos non habere potestatem ferendi censuras, certum est.
- 14 Sacerdotum gradus explicantur.
- 15 Quomodo olim parochias fuisse diuisas refertur.
- 16 Vsus censurarum attento iure communi his tantum competit qui iurisdictionem habent ecclesiasticam.
- 17 Sicut se habet gladius temporalis ad potestatem civilem, ita se habent censuras ad ecclesiasticam.
- 18 Solutio primi argumenti.
- 19 Secundi responsio.
- 20 Tertium argumentum soluitur.

- A 21 Illi qui dicunt permissum esse parochis pro furto, & rapina excommunicare referuntur.
- 22 Explicatur cap. 2. de officio ordin.
- 23 Intellectus cap. Nemo. 2. q. 1. & cap. Alia. 16. q. 1.
- 24 Sensus Gratiani in cap. miramur. 24. q. 1. declaratur.
- 25 Cap. Cum ab Ecclesiarum de offic. ord. interpretatur.
- 26 Consuetudo vel priuilegium Romanum Pontificis potest tribuere parochis iurisdictionem fori exterioris.
- B 27 Qui consuetudine, vel prescriptione acquisiuit potestatem excommunicandi non potest alias censuras ferre.

Ligimus in §. præcedenti de potestate præbyterorum in foro interiori, in præsentibus videri oportet, an aliquam habeant iurisdictionem in foro exteriori, ita ut possint indulgentias concedere, vel censuras ferre: quare aduertendum est primò potestatem concedendi indulgentias pertinere ad iurisdictionem fori exterioris: deinde certum est potestatis clauium esse indulgentias concedere: constat etiam omnem clauium potestatem reduci ad potestatem ordinis, vel iurisdictionis, & hanc iurisdictionis, vel fori interioris esse, vel exterioris; sed constat hoc quod est indulgentias concedere ordinis non esse, neque etiam iurisdictionis fori interioris, ergo à sufficienti partium enumeratione consequitur hanc potestatem indulgentiarum esse iurisdictionis fori exterioris. Maior ex conclusione patet, probatque expresse Trident. sess. 25. in decreto de indulgentijs, & confirmatur ex generali concessione ipsius Christi

Matth. 16. & 18. *Tibi dabo claves regni cælorum, & rursus, Quæcumq; solueris super terram, &c.* Quæ sanè generalitas verborum comprehendit omnes actus, qui ad aperiendum regnum cælorum fuerint accommodati. Minor verò quod non sit ordinis, neque etiam iurisdictionis fori interioris ostenditur, quia iam diximus potestatem ordinis esse eam, quæ versatur circa sacramentorum administrationem; iurisdictionem verò fori interioris exerceri à sacerdote in sacramento pænitiæ, ut plenè probauimus. Constat autem ex ipsa definitione indulgentiæ, quod semper datur extra sacramentum, & per consequens neque ad potestatem ordinis, neque ad iurisdictionem fori interioris pertinere indulgentias fateri oportet, sed potiùs ad iurisdictionem fori exterioris, confirmaturque ex c.

18.

5.

Ca. Quod autem.

D. Thom.

Pet. Sot. Corduba. Valent.

Bellarmin. Soar.

6.

7.

Quod autem, de pæniti. & remiss. vbi probatur indulgentias esse absolutio- nem iudicalem, solumque prodesse subditis concedentis, ex quibus ita docuit D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. q. 2. quem sequuntur communiter omnes, ut per Pet. Sot. lect. 3. dist. 21. q. 1. art. 4. Cordub. q. 1. vers. Dicitur iurisdictionalis, & q. 10. proposit. 7. Valent. punct. 3. vers. Secundo asserimus, Bellarm. lib. 1. cap. 11. vers. de Episcopis Soar. d. tom. 4. disp. 55. sect. 4. à nu. 6. multa hinc inferentes, & illud præcipuè non sufficere, neque necessariam esse potestatem ordinis ad indulgentias concedendas: iurisdictionis verò esse omnino necessariam.

Vnde cõcluditur parochos, aliosq; præbiteros Curatos indulgentias cõcedere non posse, quia scilicet non habent iurisdictionem fori exterioris

necessariam ad indulgentias concedendas, concludit regula textus in c. *Accedentibus*, de excess. prælatorum, atque ita obseruarunt D. Thom. d. artic. 1. Petr. Sot. Corduba proposit. 5. Sot. & Hériq. §. 8. Soar. sect. 4. à n. 6. & alij omnes præcitatis locis. Nec contrarium voluit Glossa in capite *Mensuram*, de pæniti. dist. 1. Abb. in c. *Sicut dignum*, n. 2. de homicid. ex quibus Angel. in sum. verbo, *indulgentia*, num. 5. & alij, quos refert, & sequitur Viuald. à n. 6. colligitur præbiteros in sacramento pænitiæ indulgentias posse concedere, non enim loquuntur de vera, & propria indulgentia, sed de remissione pænæ temporalis, quæ virtute illius sacramenti fit iniungendo maiorem, vel minorem pænitiæ, ut benè interpretatur Nauar. num. 9. Hériq. §. 3. Soar. à num. 7. dictis locis.

B

C

D

Deueniendo igitur ad potestatem ferendi censuras, etiam statuendum est non cuiuslibet sacerdoti potestatem huiusmodi conferri. Probatur, quia constat omnes & solos illos ferre posse censuras, qui iurisdictionem habent ecclesiasticam fori contentiosi, quantumuis enim cum Episcopis communem habeant ordinis potestatem, exceptis nonnullis reseruat, in potestate tamen iurisdictionis Episcopos superiores esse ostendimus in 6. disp. & patet, quia, ut ibi resoluius §. 4. non eodem tempore Christus Dominus characterem sacerdotalè sacerdotibus contulit, quo potestatem iurisdictionis Ecclesiæ suæ communicauit; nam sacerdotes constituit in cæna vltima, Lucæ cap. 22. dum dixit, *Hoc facite, &c.* iurisdictionem verò tam fori sacramentalis, quàm etiam

Ca. *Accedentibus.*
D. Thom.
P. Sot.
Cordub.
Soto.
Henriq.
Soar.
Glossa.
Abbas.
Angel.

Viuald.

Nauar.
Henriq.
Soar.
8.

9.

Luc. 22.

etiam exterioris promissa Matth. 16. & 18. *Quaecunque alligaueritis, &c.* tradidit post resurrectionem suam sanctissimam Ioann. 20. in illis verbis, *Quorum remiseritis, &c.* at verò fori exterioris in alijs, *Sicut me misit Pater & ego mitto vos*, pertinere autem illa, quæ potestatem continent sacramentali ad sacerdotes, alia verò, quibus iurisdictionem tribuit fori exterioris ad Episcopos, aliosque prælatos latè explicauimus d. disp. 6. ergo merito resoluendum est fori contentiosi iurisdictionem omnibus sacerdotibus non competere, & per consequens neque omnes posse censuras ferre, atque ita hanc illationem probant iura, ex quibus Doctores notant censuras ferri non posse, nisi à iudice, qui iurisdictionem habeat fori exterioris cap. *Quarenti*, de verb. signif. cap. 1. sentent. excommunicat. in 6. Adduci etiam solet textus in cap. *Archidiaconus*, de officio Archidiaconus, & tandem quia consuetudo, quæ est optima legum interpret, cap. *Cum dilectus*, de consuetudine constantissimè receptum est, ne scilicet sacerdotes censuras ferant; quibus fundamentis ita docuerunt Doctores communiter, vt post Ioan. Andr. concludit Abb. in c. 2. de officio ordin. num. 10. & in cap. *Cum contingat*. n. 30. de foro compet. Nauar. cap. 27. n. 5. ex Theologis post D. Thom. Soto in 4. dist. 22. q. 2. ar. 1. conclus. 2. Graph. cap. 4. n. 11. Vgolin. in §. 19. Henriq. cap. 24. §. 3. iuncta lit. X. Soar. de censuris disput. 3. sect. 1. Sairo de censur. lib. 2. c. 3. Aegid. de censur. disp. 21. dub. 5.

Dubium tamè est inter Doctores, An huiusmodi doctrina procedat etiã in parochis simplicibus. Ita vt quod si

Matth. 16.
& 18.
Ioan. 20.

C. Querenti.

Cap. 1.

C. Archidiaconus.

C. Cum dilectus.

Ioan. Andr. Abbas.

Nauar. D. Thom.

Soto.

Graph.

Vgolin.

Henriq.

Soar.

Sairo.

Aegid.

10.

A in priuilegio, vel consuetudine maiorem potestatem non habeat, simplex parochus possit per censuras suos parochianos coercere. Pro parte affirmatiua vrget, primo, quod hisce parochis facultas competit ligandi, & soluendi in foro interiori, dictū cap. *Verbum* de pœnit. dist. 1. cum alijs, planè cum inter spectantia ad potestatem clauium prædicta facultas primum locum obtineat, iuxta illud Lucæ. 5. *Quis potest dimittere*, & vti talis per antonomasiam potestas clauium appellari solet Sot. in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. Extrauag. *Quia quorundam, ibi, item quia clavis*, de verb. signific. iuuat textus *quantumlibet*, de pœnit. dist. 1. consequens videtur potestatem quoque excommunicandi eisdem competere iuxta regulam cap. *Ex parte*. 3. de decimis.

B Vrget secundò, quia quibus competit potestas spiritualis in foro exteriori, debet quoque competere coercitio per censuras, hæ namque censuræ iure diuino sunt institutæ ad exequenda ea, quæ ad prædictam potestatem spectant ex resolutis disp. 1. & elusoria esset talis potestas sine coertione; l. vltima, ff. officio eius, textus optimus in cap. *Ex literis*, de offic. deleg. At prædictis parochis competit aliqua potestas in foro exteriori circa suos parochianos, scilicet in omnibus ad sacerdotale officium spectantibus docet Gratian. in cap. *Adiucimus*, §. *Ecce, ibi, executionem*, & in cap. *Generaliter*, ad finem ibi, *Sicut ergo*. 16. q. 1. constat ex cap. 2. de parochijs, & paroch. & cap. vlt. de pœnit. dist. 7. Igitur, &c.

D Vrget tertio textus in cap. 2. de officio ordin. & in cap. *Nemo*. 2. q. 1. & nonnul-

C. Verbum

Luc. 5.

Soto.

Extrauag.

C. Quantumlibet.

C. Ex parte.

11.

L. vlt. ff. offic. eius.

C. Ex literis.

Gratian.

C. 2. de paroch.

Cap. vlt. 12.

C. 2. de offic. ord.

C. Nemo.

Glof.

Glof.

Hof.

Ioan.

Hen.

Ar.

Don.

Per.

I.

C. St.

uio.

Lur.

Lur.

Grac.

nonnulla alia iura hanc excommunicandi facultatem prædictis parochis tribuentia, vt per Gloss. 1. in d. cap. *Nemo*. His fortè argumentis multi arbitrantur prædictam potestatem parochis ex vi officij proprii competere, ita Glossa vltima in cap. *Per singulas*. 9. quæst. 3. Glossa similis verb. *Cum ergo*, in cap. *Miramur*. 24. quæst. 1. Hostiens. Ioan. Andr. Henriq. in cap. 2. de officio ord. n. 54. Cardin. S. Xist. in d. cap. *Nemo*, Archid. Dominic. & Peros. in cap. *Romana* in principio de sèntent. excommunic. lib. 6.

Glossa vlt.

Glos. Host.

Ioan. Andr. Henriq.

Archid. Dominic.

Peros.

13.

Sed his non obstantibus verius est etiam parochos non habere potestatem ferendi censuras; si enim ex privilegio, vel consuetudine maiorem potestatem non habuerint, ex vi sui tituli solum sacramenta administrare possunt, & similia parochialia ministeria exercere; fori tamen contentiosi iurisdictionem non habere certum est, vt statim ex infra dicendis clarius apparebit.

14.

Regula certissima est, quod licet vnum sit sacerdotium euangelicum, vnumque ordinis sacramentum, cap. *Sto subiecto*, ibi, *vnum quidem sit ministerium* 95. dist: duo tamen sunt sacerdotum gradus à Christo Domino distincti. Alij maiores, qui quasi pro Christo legatione fungentes ad subeunda omnia spiritualia munia, atque adeò ad plenum Ecclesiæ regimè sunt deputati, quos Christus D. in Apostol. designauit Luca 6. Alij deinde minores, qui tanquam horum coadiutores ad nonnulla ministeria, quibus Apostoli maioribus intenti adesse non poterant, sunt suffecti, nempe 72. discipuli, Luca. 10. ita in effectu Grac. in principio, vers. *simpliciter*. 21. distin.

C. Sto subiecto.

Luc. 6.

Luc. 10.

Grac.

Anacletus Papa in epistola de Patriarchis prout refert Castro aduersus hæc. verb. *Episcopus*, textus optim. in cap. *In nouo*. 21. dist. & nos in disp. 6. planè duplex is sacerdotum gradus per Episcopos, & præsbyteros distingui solet, vt scilicet Episcopi tanquam maiores in locum Apostolorum; contra verò præsbyteri tanquam minores in locum 72. discipulorum successerint, d. cap. *In nouo*, cap. *Quorum vi-* ces. 68. dist. Concil. Coloniens. de sacramento ordinis, §. *Præsbyteri*, optime Trid. sess. 14. cap. 4. doctrinæ.

An. Papa Castro.

C. In nouo

C. In nouo

C. Quorum

Conc. Col.

Trident.

B

Vnde aduertendum est vtrisque sacerdotibus olim nostro iure parochias fuisse diuisas, cap. *Episcopi*, cum multis ibidem 80. dist. cap. 1. 13. q. 1. Idque merito, siquidem ordo ecclesiasticus confunderetur, & promiscuè omnes vbique sua munera exercerent Trid. sess. 14. cap. 9. planè parochiæ Episcoporum frequentius dioceses appellantur, d. cap. 1. Trid. vbi supra, vt scilicet singuli singulis tanquam principales pastores in omnibus ad

15.

C. Episcopi

Cap. 1.

Trident.

Cap. 1.

Trident.

Cap. 1.

C

pastorale officium spectantibus profint, cap. *Oues*. 6. quæst. 1. Sub his aliæ quoque parochiæ pro præsbyteris sunt distinctæ, d. cap. *Episcopi*, & d. cap. 1. vt singuli quoque singulis, nõ quidem tanquam pastores principales, vt Episcopi, sed potiùs tanquam eorum coadiutores ad nonnulla pastoralia munera, putà ad ea quæ sunt ordinis, atque adeò ad plebium eruditionem in spectantibus ad fidem, & mores inseruirent, Trid. sess. 5. cap. 2.

Cap. Oues.

C. Episcopi

Cap. 1.

Trident.

D

iuuncto cap. 13. prope finem sess. 24. Quantum autem refert quod hi parochi censeantur coadiutores, Episcopi verò principales, explicat optime Caietan. 2. 2. quæst. 184. art. 8.

Caiet.

Tan-

16.

Tandem prænotare oportet vsum censurarum attento iure communi his tantum cõpetere, qui iurisdictionem habent ecclesiasticam. Probat textus in d. cap. *Querenti*, de verbor. signifi. ibi, *nisi iudex*. Idque passim observant Doctores, & ostenditur ratione. Nam cum omnes censuræ ad tres prohibitionũ species reducãtur, nempe ad excommunicationem, per quam Christianus à fidelium cõmunionem; ad suspensionem, per quam minister Ecclesiæ ab officio, ad interdictum per quod ab usu diuinorũ prohibetur d. cap. *Querenti*, & huiusmodi prohibitiones supponant potestatem iurisdictionis ex regul. cap. *Quod autem*, ibi, *Quod cum à non suo iudice*, de pœnit. & remiss. rectè fit non alijs vsum censurarum competere, quam prædictam habentibus potestatem.

C. *Querenti*.
si.
Cap. *Quod autem*.

17.

Confirmatur hæc ratio, etenim sicut se habet gladius temporalis ad potestatem civilem, ita se habent censuræ ad ecclesiasticam. Constat siquidem censuras ad gladium ecclesiasticum spectare, cap. *Dilecto*, ibi, *gladio*, de sentent. excommun. iibr. 6. qui quidem gladius proindè est in Ecclesia, ac temporalis in repub. civili, cap. *Inter hæc*. 33. quæst. At potestas gladij temporalis solis competit iudicibus, seu iurisdictionem habentibus, l. *Imperium*, ibi, *Animaduertendum*, ff. iurisdic. iur. etis resolutis ad illam leg. 5. quæst. 1. His suppositis patet resolutio dubij supra propositi, vt videlicet parochis attento iure communi vsus censurarum minimè competat; & tamen cū attento illo iure parochi ad ea tantũ, quæ sunt ordinis, non etiam iurisdictionis deputati censeantur ex modo resolutis, & vsus censurarum solis cõ-

C. *Dilecto*
Ca. *Inter hæc*.
L. *Imperium*.

petat habentibus iurisdictionem ex modo resolutis, nequaquam ipsis parochis attento illo iure licitus censeri debet.

Nec sanè retenta hac resolutione obstant argumenta in contrarium. Ad primum de potestate ligandi, & soluendi in foro interiori respondere nituntur D. Thom. & Sot. vbi supra, sed non satisfaciunt Quare pro responsione notari oportet differentiã inter iurisdictionem fori interioris, & exterioris: prior namque non cõpetit Ecclesiæ per se, sed per quandã consequentiam, in quantum scilicet alligata est sacramento pœnitentiæ, cuius ministerium solis sacerdotibus concessum noscitur, Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum*, &c. planè, quæ veniunt in consequentiam minime cõsiderantur l. 1. ibi, *Prima enim ratio*, ff. *auðtoritate tutorum*. Contra verò posterior per se considerari debet, quippe quæ non in alicuius sacramenti consequentiam, sed potiùs per se Ecclesiæ competere noscitur. Comprobant hanc differentiam textus in cap. 2. de officio ordin. & in cap. *Verbum*, de pœnit. dist. 1. de qua tamen re plenius diximus in §. præcedenti. Supposita hac differentia ad argumentũ facile respondetur, etenim cum iurisdictione fori interioris, non aliter parochis competat, quàm in consequentiam sacramenti pœnitentiæ, cuius aliàs sunt ministri, nequaquam exindè ad iurisdictionem fori exterioris, quam constat nulli sacramento alligatam, nec subindè ad potestatem ferendi censuras ei cohærentem, quantumcunque minoris sit dignitatis, inferri potest.

Ad secundum argumentum de potestate

18.

D. Thom.
Soto.

Ioan. 20.

L. 1. ff. auð.
tutor. ff.

Cap. 2.
C. *Verbum*.

19.

testate spiritualis in foro exteriori.

Respondetur argumentum procedere, quando potestas illa foret iurisdictionis: planè potestas competens parochis in illo foro, nō est iurisdictionis, sed potius meri facti, quippe quod in quadam executione, seu ministerio à iurisdictione remoto, consistit: sic aliàs potestas competens ad certa ministeria in specie, c. vlt. §. vlt. de officio deleg. nō iurisdictionis, sed meri facti cēsetur, & vti talis delegari nequit, iuxta d. c. 2. de offic. ord. quo pacto potestas meri facti à potestate iurisdictionis distingui debet.

Ad tertium argumētum de textu in cap. 2. de offic. ordin. & cap. *Nemo*, 2. q. 1, & iuribus similibus, sunt qui dicant faciendam esse differentiam inter excommunicationem generalē, quam inquirunt ferre posse sacerdotes, iuxta d. cap. 2. & excommunicationem specialem in personam certam, quam solos praelatos habentes iurisdictionem prædictam, posse promulgare fatentur, vt refert Abb. in d. cap. 2. nu. 30. Alij verò respondent iure permissum esse parochis pro furto tantum & rapina excommunicare Ita D. Thom. Paludan. & Soto vbi supra, sed nullibi reperitur hæc permissio, nisi dicamus dictum cap. 2. id in specie asserens ius nouum inducere, quod ab eius verbis, & mente omnino est alienum. Proindè multo aptius respondetur sacerdotem, de quo in hoc textu, praelatum esse fori exterioris ex vi scilicet alicuius privilegij, seu consuetudinis. Ex litera patet, dum enim concedit sacerdotibus potestatem excommunicandi auctores damni, clarissimè loquitur de sacerdotibus habentibus iurisdictionem

fori contentiosi, vt patet ibi, *Nisi iudiciario ordine quis probare possit*: quinimò non inepte respondebit, qui dixerit sacerdotem ab Episcopo poni, vt sapè alibi in cap. 3. de re iud. & multis alijs, de quibus diximus in 6. disp. quibus adde quod scribit Pet. Gregor. syntag. iuris lib. 16. cap. 8. n. 14. & secundum hunc intellectum consonat rubrica sub qua ponitur, de officio Iudicis ordinarij. Pari modo dictum cap. *Nemo*, 2. quæst. 1. dum inquit, præsbyteros ferre non posse excommunicationem, nisi probata causa, de illis tantum præsbyteris, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, debet intelligi; cum enim aliud principaliter decidat, dum dicti præsbyteri meminit; termini habiles sunt supponendi, iuxta vulgarem doctrinam textus in leg. *In testamento*, ff. de testamentis. Quomodo etiam intelligendus est textus in cap. *Alia*, in fine 16. q. 2. vbi loquens de præsbytero, inquit, illi licere tradere Sathanæ (quod idè esse ac excommunicare explicant omnes) vt scilicet loquatur, suppositis terminis habilibus, atq; ita de præsbytero habete iurisdictionē. Eodè etiam modo intelligitur Grac. in cap. *Miramur*, vers. *cum ergo sacerdotibus*. 24. q. 1. quod non voluerit generaliter quilibet sacerdotē in sacerdotali vñctione cū caractere potestatem excommunicandi in actu recipere, sed supponendo terminos habiles disputare, an qui eā habent potestatem ab Ecclesia, eandem amittant per hæresim; quanuis Gracianum in hoc proposito repræhendat Vgolin. dicto §. 19. num. 6.

Ad cap. *Cum ab Ecclesiarum*, dicto titulo de officio ordin. dum interdictū, & excommunicationem à plebano

E c iubet

Cap. 3. de re iud. Pet. Greg

23. C. Nemo.

In testamento. C. Alia.

Gratian. Ca. Miramur. 24.

Gratian. Vgolin. 25. C. Cum ab Ecclesiarum.

Cap. vlt. §. vlt.

Cap. 2.

20. C. Nemo.

Cap. 2.

Abbas. 21.

D. Thom. Palud. Soto.

22.

iubet ab Episcopis obseruari. Respon-
detur textum ipsum in principio sup-
ponere plebanum, de quo ibi, habere
iurisdictionem puniendi malefactores,
atque ita agere de prelato inferiori
habente iurisdictionem fori conten-
tiosi, vt probatur etiam ibi. *Ecclesiarum
prelatis*. Notat Abb. & Doctores com-
muniter, vt constat ex relatis per Co-
uas d. cap. *Alma*. 2. p. §. 2. nu. 6. Quod
autem sit plebani officium, attento iure
diximus in 2. q. proemiali, §. 4. & col-
liges ex cap. 1. ad finem ne clerici vel
monachi lib. 6. explicant Rebus. pra-
xi. 3. p. verb. *Etsi suasionis*, Petr. Greg.
lib. 15. cap. 24. n. 12. Zechius de Rep.
eccles. cap. 27. à principio.

26. Posse autem consuetudinem, vel
priuilegium Romani Pontificis ple-
banis, & reliquis parochis iurisdictionem
tribuere fori exterioris, resoluunt
omnes præcitati, & probatur ex re-
gula textus in cap. *Cum contingat*, de
foro competenti, cap. *Duo*, de officio
ordin. cum similibus. De quibus Balb.
de præscript. 2. p. 5. principalis, q. 3.
principalis, à principio. Nauar in cap.
Placuit, de pœnit. dist. 6. nu. 36. Cou.
reg. possessor. 2. p. §. 3. n. 1. Et in pro-
prijs terminis est textus optimus in
Extrauag. execrabilis, vers. *Nec non*,
de præbendis inter communes, vt no-
tauit ibi Card. q. 5. Abb. per textum
ibi in cap. *Dudum*, n. 7. not. 9. de elect.
Oieda de incompatibilitate 1. p. c. 13.
nu. 4. Vtrum verò qui consuetudine,
vel præscriptione. acquisiuit potesta-
tem excommunicandi, possit aliàs cœ-
suras ferre? disputant nostri negatiuè
resoluentes, tum ex regula textus in
cap. *Cum contingat*, de decimis, tum ex
textu in cap. *Cum olim*, de præscrip-
tionib. vbi notauit Abb. n. 7. Felin. in

cap. *Auditis*, n. 11. eod. tit. Vgolin. d. c. *Vgolin.*
2. §. 21. à n. 3. quem sequitur Soar. d. *Soar.*
sect. 2. n. 13. Sed si libuerit, disputari
potest cum ijs, quæ post Abb. & Do-
ctores communiter in cap. 1. de reli-
giosis domibus, scribunt multi: de qui-
bus Tiraq. retract. tit. 1. §. 36. Glossa *Abb.*
3. à n. 12. Gabriel. lib. 5. communium *Tiraq.*
tit. de præscriptionib. concl. 2. à prin- *Gabr.*
cipio, Garcia de expensis cap. 9. à nu. *Garc.*
38. Molina de primogen. lib. 2. cap. 6, *Molina.*
à n. 11. & omnino n. 18: limitant etiã
D. Thom. atque alij, vt per Sot. supra *D. Thom.*
citatis locis, & Graph. dicto num. 11. *Soto.*
prædictam cõmunem sententiam nõ *Graph.*
procedere in furto, & rapina; pro qui-
bus, inquirunt, posse parochos excom-
municare: & mouentur auctoritate
textus in d. cap. 2. de offic. ordin. vt
suprà diximus. Sed neque vsu serua-
tur, vt ipsi fatetur, nec probatur iure:
textus enim in d. cap. 2. agit de præ-
latis habentibus iurisdictionem fori
contentiosi, vt iam ostendimus.

§. VII.

C *An presbyteris Apostolorum lege, conti-
nentia obligatio sit iniuncta?*

SUMMARIUM.

- 1 *Continentiam presbyteris de iure di-
uino fuisse iniunctam, aliqui existi-
marunt, & quibus fundamentis.*
- 2 *Continentiam de iure ecclesiastico
sacris ordinibus annexam, verior de-
fendit sententia,*
- 3 *Prima sententia fundamēta destru-
untur,*
- D 4 *Ordinibus sacris initiati, à tempore
Apostolorum in matrimonium non
contrahebant, quod Apostoli obser-
uarunt. Continentia obligatio ab il-
lorum tempore traxit exordium.*

5 *Sicut.*

Abbas.
Cou.

Cap. 1.
Rebus.
Pet. Greg.
Zechius.

C. Cum cõ
tingat.
C. Duo.
Balb.
Nau.
Cou.

C. Cum cõ
tingat de
decimis.
Cap. Cum
olim.
Abbas.
Felin.

Cap. 2. de
offic. ord.

5. Sicut constat Petrum, & Philippum ante Apostolatum uxores habuisse, ita certum est postea secundas non duxisse.

6. Apostoli non lege obligati, sed voluntarie continentiam seruauerunt.

7. Continentia lex quomodo introducta? & quando sub necessitate inceperit?

8. Sacerdotes post matrimonium consecrati ab uxoribus abstinere tenentur in Ecclesia Latina.

9. Sacerdotes post ordinationem, sub obligatione tenentur à matrimonio contrahendo abstinere.

10. Continentia consuetudinem contra ius naturale, & diuinum esse, heretici dicentes referuntur.

11. Tam impium dictum auctoritate scriptura, & aliquibus argumentis uolunt probare.

12. Auctoritas D. Pauli, quam heretici pro se adducebant, intelligitur.

13. Secundum hereticorum fundamentum destruitur.

14. Tertium argum. hereticorum soluitur.

15. Continentia obligationem, non ex voto castitatis immediatè, sed ex Ecclesie præcepto procedere i. asserit sent.

16. Obligationem ex voto ordinibus sacris annexo non expressè, sed tacitè resultare uerior tenet sententia.

17. Promotus ad sacros ordines, votum continentie annexum ignorans, etià ex voto obligatus manet.

I. **I**n præsentibus igitur §. triplex questio disputanda est. Prima quo iure continentia sit præbyteris annexa? Secunda, quo tempore cæperit esse in Ecclesia hæc obligatio in præbyteris? Tertia, an ea obligatio sit ex mera Ecclesie cõstitutione, an potius ex promissione,

seu voto ordines sacros suscipientis?

A Quod uerò attinet ad primam questionem, relictis hæreticorum erroribus contra quos latè, & eruditè Bellarm. disputauit lib. 1. de clericis, c. 18. & nos infra aliqua re cæsemus. In primis sunt qui dicant iure diuino annexam esse continentiam præbyteris. Fundamentum est, quia ab Apostolorum tempore Ecclesia Latina, & Græca hætenus seruauit, ne ad sacros ordines promoti matrimoniū ineant. At iuris diuini uidetur esse, quod tãdiu in Ecclesia uiguit. Secundò facit illud Luc. 21. ubi Christus suis discipulis dixit: *Attendite ne grauentur corda uestra crapula, & ebrietate, & curis huius seculi.*

Quod D. Leo serm. 8. de ieiunio decimi mēsis, dicit in primis pertinere ad Ecclesie ministros. Et 2. Timot. 2. ait D. Paul. *Nemo militans Deo, implicet se negotijs secularibus.* Et ad Tit. c. 2. suadet Tito Episcopo ut secularibus curis depositis Deo inseruiat, & ad hoc ait apparuisse Saluatorē nostrū. Tertiò facit illud Deut. 33. ubi dicitur Leuitas nescisse filios suos. Quod falsū esset, si intelligeretur de Leuitis ministris ueteris legis: sed intelligitur, & prophetice de ministris noui testamēti. Quarto auctoritas Syricij Põtific. in epist. ad Hymeriū Tarraconensē Episc. ubi præcipiens cælibatū clericis, eam legē confirmat, quod Christus uoluerit in Ecclesia sua castitatē radiare. Quinto, quia sacerdotes apud Ethnicos solo nature lumine ductos pudicitiam habebant cõmendatissimā, ut ex varijs testimonijs constat, quæ latè congerit Tiraq. l. 15. connubi à num. 118.

C Signum igitur est obligationē hæc ex ipso iure naturali diuino consurgere. Et ideo continentiam esse iure diuino

Ec 2 ordini

2.
Bellarm.

Luc. 21.

D. Leo.

2. Tim. 2.

Ad Tit. 2.

Deut. 33.

Syric. Pa.

Tiraq.

Maior. Vuald. ordini sacro annexā. Affirmant Maior. 4. d. 24. tota q. 2. Vuald. de sacram. c. 128. n. 5. & c. 129. statim in princip. & de sacramentalibus, c. 66. n. 6. Frāciscus Torrensis l. 2. de dogmaticis, & characteribus, f. 85. col. 1. & fol. 88. col. 2. Lelaia 4. d. 37. q. 1. fin. & dicit probabilem Azor. l. 13. inst. moral. c. 12. q. 1. §. *Quamquam autem.* Et idē tenēt cum quadā moderatione Clētoueus lib. de contin. sacerdot. c. 4. & Metin. lib. 2. de sacror. homin. contin. cap. 7. final. & multis seq. vbi dicunt castitatem esse annexam iure diuino ordini sacro, quoad hoc vt sacris initiatus vxorem non ducat, aut matrimonio inito post ordinem sacrum non vtatur: secūs quoad vsum matrimonij ante ordinē sacrum contracti.

3. Ceterū contraria, & negatiua sententia verior, & probabilior est, dum asserit solo iure ecclesiastico annexam esse continentia ordinibus sacris: quanuis enim ordo suapte natura quandam afferat congruentiam, decentiamque castitatis matrimonio repugnantem, non tamen ex se parit virtutem præcepti, vt eo ipso quod Christus sacramentum ordinis instituerit, sit sacro ordine initiatis matrimonium iure diuino interdictū. Probat, quia licet sit aliqualis traditio in ordine sacro, non tamē est totalis, sed ad cultū Dei, & diuinum officiū: cui traditioni nō repugnat matrimonium iure diuino, cum tale præceptū nullibi reperiat, vt statim dicemus, nec iure naturali: cum sit alioquin licitus matrimonij vsus, & permissus Græcis, quando matrimoniū est ante ordines initum. Cap. *Cum olim*, de clericis coniung. Secundò, quia in Trident. sess. 24. can. 9. videtur apertē lex

Cap. *Cum olim.*
Trident.

hæc de clericorum cælibatu vocari ecclesiastica, & Calixtus 1. cap. *Presbyteris.* dist. 27. appellat etiam ecclesiasticam, ibi: *Contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, iuxta sacrorum canonum definitiones iudicamus.* Et ita hanc sententiam omnes communiter tradunt; ex nostris Innoc. in cap. *Placet*, num. vn. de cōuers. coniug. & ibi Ioan. Andr. num. 4. Hostiens. ibidem ad fin. Anton. num. 9. Abb. nu. 7. Anchar. ad fin. Card. n. 3. q. 3. Henricus nu. 3. Aretin. conf. 59. n. 7. fin. Brunel. de sponsal. concl. 30. n. 3. Syluest. verb. *votum*. 4. q. 5. Tabiena verb. *dispensatio*. q. 7. n. 8. in solutione ad 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 5. n. 2. Rota in nouissimis decis. 561. n. 11. & 12. Anton. Cuius lib. 5. *institutionum maiorum*, tit. 12. nu. 219. Stunica de *voto*, q. 6. n. 116. Barbosa rubrica, ff. *solutio matrimonij*. 2. p. nu. 89. Ex Theologis docent D. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 11. in fine corporis, & plures alij, quos refert Henricus lib. 10. de sacram. ordin. c. 14. n. 7. Bellarm. in suis controuers. lib. 1. de clericis toto cap. 18. Azor institut. moral. lib. 13. c. 22. q. 1. Viuald. candelabro sacrament. 1. p. vbi de matrimo. num. 142. 144. Sanch. de matrimo. lib. 7. disput. 27. num. 5. Soar. de Religion. tom. 3. lib. 9. cap. 13.

4. Ad fundamenta primæ opinionis facile respondetur. Nam ad primum dicendum est, ex ea antiquitate non colligi præceptum esse iuris diuini, sed esse ecclesiasticum, ab Apostolis originem trahens. Ad secundum respondetur ijs in locis nō interdicti omnino curas seculares, sed nimias, quæ auertāt à spiritualis salutis cura necessaria, quæ coniungiū minimē impedit, aliàs

C. *Presbyteris.*

Innoc.
Ioan. Andr.
Hostien.
Anton.
Abb.
Anchar.
Card.
Henric.
Aretin.
Brunel.
Syluest.
Tabiena.
Cou.

Rota.
Cucus.
Stunica.
Barbos.
D. Thom.
Henric.

Bellarm.

Azor.

Viuald.

Sanch.

Soar.

Sanch. aliàs esset illicitū. Addit deinde Sanch. dicto loco, nec ea omnia verba ad solos Ecclesiæ ministros referri, sed ad omnes etiam fideles, vt latè, & eruditè probat Valent. in suis controuers. lib. vnico de cælibatu, c. 2. Ad tertiū respondetur, esto admittamus vaticinium esse de continentia ministrorū nouæ legis, non cōcludi id fore præceptum diuinum, sed vaticinium verificari siue lege diuina, siue ecclesiastica præcipiatur illis continentia. Ad quartum respondetur, non indè colligi esse diuinum præceptum, sed cōferre voluntati Christi, qui voluit castitatem in Ecclesia existere, eo modo quoad bonum ipsius status pertineret. Ad vltimum dicendum est, indè argui esse conforme rationi naturali, vt ei statui annectatur castitas, tanquam res illi decentissima, non tamen concluditur esse omnino necessariam.

5. Supposito ergo, quod hæc obligatio continentia præbyteris ex institutione ecclesiastica proueniat. Pro resolutione secundæ quæstionis oportet consequenter auctoritatem huius institutionis ab eius antiquitate, & origine inuestigare. Quare sciendum est primo, à tempore Apostolorū obseruatum in Ecclesia fuisse, vt præbyter iam ordinatus matrimonium contrahere non permetteretur. Probat primo Apostolorum exemplo; nullus enim eorum, qui ante acceptā vxorem ad apostolatū vocatus est, eam postea duxit: quod in primis cōstat in Ioanne Euangelista, quem virginem à Christo vocatum fuisse, & virginem perpetuò mansisse certius est, quam vt probatione indigeat. Illi verò annumerādus est frater eius Ia-

cobus, nam de vtroque ita scribit Epiphanius hæres. 58. De Iacobo fratre Domini referunt Euseb. lib. 2. histor. c. 22. Hieron. de script. eccles. Chryso. hom. 5. in Matth. De B. Andrea dicit Simon Metaphrastæ in vita D. Petri. De Paulo, quem non solum post vocationem suam non accepisse vxorē, verum etiam nūquam illam habuisse, longè probabilior opinio fert, eleganter & eruditè ostendit Cæsar Baron. in 1. tom. an. Christi 57, n. 59. ita intelligit August. lib. de gratia & lib. arbitr. c. 4. Theodoret. & Theophylact. illud Pauli 1. ad Corinth. 7. *Volo enim vos esse sicut me ipsum*, explicantes Senfit Hilar. Psal. 127. idem August. de adulterin. coniug. c. 4. Hieron. epist. 22. ad Eustochium de custodia virginit. & optimè Tertull. lib. de Monogam. c. 3. & 8. vbi Pamelius alia adnotat loca.

Deinde adiungere possumus alios omnes Apostolos. Nam de Petro, licet certum sit habuisse vxorem, equè tamen certum est ante Apostolatū illam duxisse. Quod autem secundam non duxerit, ecclesiastica traditione est certissimum, vt eleganter probat Soar. d. lib. 9. c. 14. n. 7. Idem de Philippo dicendum est, etiam ante apostolatū filias genuisse. Et ita explicatur testimonium Clem. Alex. libr. 3. Stromat. vt notauit Nicephor. lib. 3. c. 24. & ex Papiæ c. 33. Eusebius lib. 2. histor. c. 1. & lib. 3. c. 25. ex Polycrate vbi refert eundem Phelippum, de quo fit mentio Act. 8. diaconum fuisse, qui filias haberet, quod verius, magisq; receptū est. Quod verò vltius ibi dicit Clemens, Philippū filias suas viris tradidisse, de quocunque Phelippo intelligatur, fundamentum non habet, neque ab alio asseritur.

Ec 3 Quæris

Epiph.

Euseb.

Hieron.

Chryso.

Metaph.

Baron.

August.

Theod.

Theophyl.

Hilar.

August.

Hieron.

Tertull.

Pamelius

6.

Soar.

Cle. Alex.

Niceph.

Papia.

Euseb.

Polycr.

7. Quæris tamen in præfenti, an Apostoli lege sacerdotij, seu voluntarie matrimonio abstinuissent? Respõdeo Christum Dominum de hac continentia sacerdotum legem. non tulisse; & ita Apostoli, qui primi omnium illam seruauerunt, non ex voluntate legis, sed voluntarie illam amplexi fuerunt. Apostolorum ergo exempla nõ adducimus, vt in eis legem ostendamus, sed vt optimam originem, & initium huius legis indicemus. Apostolos ergo imitari cæperunt sancti Episcopi, & præbyteri, nam omnes qui ad episcopatum, & sacerdotium cælibes electi fuerunt, cælibes semper permanisse constat, & qui post primum coniugium ad sacerdotiũ vocati sunt, certum est ad secundas nuptias postea non transiisse, cum bigamiam in sacerdotibus Ecclesia semper detestata fuerit.

8. Est tandem moraliter euidentis eam legem, vel obligationem, quam nunc in Ecclesia Catholica videmus, antiquissimam esse, & ab Apostolica traditione manasse. Quomodo autem introducta fuerit, aut quando in rigore inceperit sub rigore obligationis, & necessitatis? non credo facile definiri. Gratian. in cap. vlt. dist. 27. Calixto Papæ refert hoc decretum, *ibi, Præbyteris, Diaconis, subdiaconis, & monachis concubitus habere, seu matrimonia contrahere penitus interdiximus,* sed canon ille non Calixto. i. sed 2. tribuitur à Gratiano, iuxta emendatorem inscriptionem, & potius Urbano II. tribuendus esset, vt in scholijs Gregoriani codicis notatur; ante quod tempus erat sine dubio hæc obligatio in Ecclesia, vt ex Concilio Neocæsar. constat cap. i. Turrian.

Gratian.

Cõc. Neocæsar.

verò libr. i. pro can. Apostol. c. 2. inquit (quod aptius videtur) hoc fuisse præceptum Apostolicum traditum in can. 27. Apostolorum, qui sic habet. *Innuptis qui ad clerum prouecti sunt præcipimus, vt si voluerint uxores accipiant, sed lectores, cantoresque tantummodò,* Præter quæ decreta, nullũ aliud conciliare, vel Pontificium inuenitur, ad quod initium huius obligationis reducatur: referri tamen potest ad immemorabilem consuetudinem, quæ vsque ad tempora Apostolorum refertur: obligatio autem, quæ consuetudine nititur, aliquando incipit per actus, qui fiunt sine obligatione præcepti, quorum vsus paulatim immutat iudicium, & intentionem operatum: & ita tandem introducitur obligatio. Quando autem hoc modo inducitur, difficile est, vel potius impossibile moraliter est, certum initium eius designare. Hoc autem modo potuit in præfenti contingere, nam in principio feruore fidei, & charitatis, & Apostolorum exemplo, ac verbo facile poterant omnes qui ab eis sacerdotibus ordinabantur, ad promittendam continentiam trahi. Explicat optimè Soar. d. cap. 14. n. 11.

Sed hac regula tanquam optima ab Apostolorum successoribus obseruata, verisimile est intra breue tempus consuetudinem pro lege, & regula acceptatam esse. Oportet tamẽ hic duo distinguere; vnum est antecedens, vt sic dicam, ordinationem sacerdotis, aliud consequens. Primum est, quod sacerdotes, qui post matrimonium consecrantur, tenentur à proprijs etiam vxoribus abstinere, quanquam hoc præceptum in Ecclesia Græca non obliget, propter contrariam

Turrian.

Soar.

9.

trariam consuetudinem. Vnde non satis constat hoc præceptum esse propriè Apostolicum, quanuis certum sit ex traditione Apostolica manasse.

Prima pars assertionis certa est, ac de fide. Probatur primo scripturis, D.

Ad Tit. 1.

2. ad Ti. 2.

1. Cor. 7.

Exod. 12.

19. & 28.

1. Reg. 21.

1. Par. 24.

Co. Anc.

C. Neocæs.

Con. Nic.

C. Cartha.

C. Afric.

C. Rom.

C. Arela.

C. Turri.

C. Agath.

C. Aurel.

Co. Tolet.

C. Aquis.

C. Vuorm.

Co. Mog.

Clam. 1.

Calix. Pa.

pa.

Innoc. 1.

Leo. 1. Pa.

Greg. 1. pa.

pa.

Bellarmino.

10.

Paul. in epist. ad Titum c. 1. in epist. 2. ad Timoth. c. 2. idem 1. ad Corint. 7.

ex veteri testamento Exod. 12. 19. & 28. item 1. Regum. 21. ex lib. 1. Paralipom. c. 24.

Probatur secundò testimonijs Conciliorum. Concil. Ancifera. can. 10. refertur in cap. *Diaconi*. 28. dist. Concil. Neocæsariens. c. 1. habetur in cap. *Præbyteri*, ead. distinct. 28.

Concil. Nicæn. 1. can. 3. Conc. Carthaginens. 11. can. 2. idem Concil. 5. can. 3. Concil. African. can. 37. Concil. Roman. sub Syluestro. 1. canon. 8.

Concil. Arelaten. 11. can. 2. Concil. Turonens. 1. can. 1. & 2. idem Concil. 11. can. 20. Agathens. cap. 9. Aurelianus. 111. can. 2. Toletan. 11. cap. 1. idem Concil. 4. 26. idem 8. c. 6. Concil. Aquisgranens. 1. c. 6. Conc. Vuormaciens. c. 9. Concil. Moguntin. c. 10.

Tertiò probatur testimonijs Pontificum, Clemens. 1. in can. *Apost.* can. 27. Calixtus. 2. in cap. *Præbyteris*. dist. 27. Innoc. 1. in epist. 1. ad Victric. c. 9. Leo. 1. in epist. 82. ad Anastas. cap. 4. Gregor. 1. in epist. 24. libr. 1. & epist. 34. libr. 3. Probatur quartò testimonijs veterum Patrum Græcorum, & Latinorum, quibus iam supra probatum est Apostolos, qui post nuptias vocati sunt, post vocationem ab vxoribus perpetuò abstinuisse, & ideò in præfenti eos referre non curamus. Videri possunt apud Bellarm. d. cap. 19. per totum.

Posterius verò est abstinere à matrimonio contrahendo post ordina-

tionem, & hoc existimo semper fuisse sub obligatione, saltem ratione promissionis, quam in ipsa ordinatione faciebant; quia re vera semper in Ecclesia existimatum est malum ac turpe post sacerdotium matrimonium contrahere, cap. *Cum olim*, de clericis coniung. cap. *Quæsitum*, de pœnit. & remiss. Et vtraque pars, seu assertio probatur ratione, cum enim coniugium vehementer impediatur ecclesiastica munera, æquum fuit, vt nullus ordinaretur sacerdos, nisi imponendo ei onus seruandi, seu promittèdi cælibatum; nam ecclesiasticorum munera sunt sacrificare, orare, docere, exhortari, sacramenta ministrare, curam pauperum gerere, & similia, quæ rite exerceri nõ possunt, vt Apostol. ad Titum c. 1. docet, nisi sacerdos sit hospitalis, benignus, sobrius, iustus, sanctus, continens, doctus.

Hinc consequitur hæreticorum insaniam omnino detrudendã esse tãquam falsam, erroneam, & mendacijs impudenter stabilitam. Audent verò impij hæretici huius temporis dicere primò hanc consuetudinem esse ortã ex solis decretis Romanorum Pontificum; secũdo esse contra ius diuinũ, & naturale. Auctor huius erroris fuit Vuicleph. vt refert Vualdens. tom. 2. de sacramētis, cap. 128. & 129. & tom. 3. de sacramentalibus, cap. 66. & 67. cum sequuti sunt Luther. in libr. de abroganda Missa priuata, Pomeran. iu libr. de coniugio Episcop. Magdeburgens. in Centur. singul. c. 7. & nominatim centuria 11. c. 7, col. 389. & alij protestates, quos refert Bellarm. d. loco. Ad hoc vero vltimum solum mouentur ex alio errore, quo cum Iouiniano virginitatem, & cælibatũ

abomi-

Ec 4

Cap. Cum olim. C. Quæsit.

Ad Tit. 1.

11.

Vuald.

Bellarmino.

abominantur, de quo fundamento idem error satis eos conuincit.

12.

Quod sit contra ius diuinum hæc obligatio continētiae simpliciter probant hæretici, quia est contra scripturam. 1. ad Timoth. 3. & ad Titum. 1.

1. ad Tim.

3.

Ad Tit. 1.

vbi de Episcopo dicitur, oportere irreprehensibilem esse vnus uxoris virum.

Quod si hoc de Episcopo dicitur, multo magis de omnibus inferioribus ordinibus verum erit. Secundò probatur esse contra ius naturæ, non solum illa generali ratione, scilicet quia est contra bonum speciei humanæ, sed prætereà specialiter, quia nec castitas repugnat matrimonio, vel vsui eius, nec votum illius est materia humani præcepti: ergo abutitur sua potestate, & contra ius naturæ facit Pontifex imponendo tale præceptum.

Consequentia patet, Princeps enim, qui subditis imponeret onera grauias, & importabilia, cōtra ius naturæ ageret. Antecedens probatur, quia obseruantia castitatis est difficillima, & valdè repugnans naturæ, propter quod Deus ipse noluit eam sub præcepti obligatione ponere etiam ministris sacris: ergo est materia, in quâ non potest etiam cadere humanum præceptum. Tertiò quidquid sit de potestate, probari potest saltem hoc non expedire, quia infinita hominum multitudo manifestò fornicationis, & sacrilegij periculo exponitur, quod videtur probari experientia. Ergo nō expedit huiusmodi obseruatio sub necessitate generaliter constitui.

13.

Nihilominus catholicum dogma, dum asserit ordinaros in sacris obligari ab Ecclesia ad perpetuam continentiam, ita vt nec ducere vxores, nec vxoribus antea ductis vti liceat

post ordinationem, hoc defesum manet ex supradictis. Et vt apertius ex oppositis appareat, ad primum hæreticorum argumendum dicendum est cum D. Hieron. & omnibus expositoribus verba illa D. Pauli *vnus uxoris virum*, negatiuè potius, quàm affirmatiuè esse interpretanda, scilicet *vnus uxoris virum*, non plurium: intentio enim Pauli ibi est prohibere ne Episcopus bigamus sit, & in hoc etiam non promulgat præceptum diuinum, sed ad summum constituit Apostolicum. Non tamen præcipit, neque cōsultat positiuè vt vnâ vxorem habeat, sed ad summum id permittit, seu non improbat propter illius temporis necessitatem, quando pauci ex his, qui ad fidem conuertebantur, calibes inueniebantur, vt possent Episcopi fieri.

Ad secundum argumentum iam ferè responsum est, hanc obligationem non imponi per absolutum Ecclesiæ præceptum, imò, vt statim dicemus, non propriè oritur ex præcepto, sed ex voto, & promissione clerici. Neq; etiam ipsa promissio præcipitur absolute, sed sub conditione, quæ pendet à voluntate libera promittentis; quæ potius est conuentio quædam, seu pactum inter Ecclesiam & eum, qui ordinari vult: vt si ordinem sacrum suscipere velit castitatem, promittat. Ita docet Gregor. libr. 1. epist. 42. & latè probat Soar. d. tom. 3. de Religio. cap. 13. num. 18. cum seq.

Neque obstat tertia obiectio, est enim accuratè distinguendum, aliud esse exponere homines periculo fornicationis, vel sacrilegij; aliud verò esse permittere, vel potius tolerare huiusmodi pericula, vel lapsus, qui

secun-

D. Hier.

14.

Gregor.
Soar.

15.

Bel.
Soar.C. S.
C. 1.
qua
tus,

Val.

secundum humanā fragilitatem eueniunt. Hoc secundum fit necessario ab Ecclesia, quia eius prouidentia, quantumuis perfecta, humana est, & non potest omnia incommoda vitare. Primum autem nec fit ab Ecclesia, nec in hoc negotio potest illi imputari, quia status clericorum de se non habet illud periculum adiunctū. Voluntarium etiam propositum multum confert, vt futura mala caueantur; & ministerium ipsum de se multum iuuat ad eundem finem, vt eleganter notauit Bellarmin. & Soar. dictis locis.

Tertiæ quæstionis suppositio est, an obligatio continentiae sit in Ecclesiae præcepto directè præcipiente clericis castitatem? vel immediatè sit ex voto castitatis in ordine sacro tacite emisso? Prima sententia est eam obligationem non esse ex voto, sed ex Ecclesiae statuto. Probatum primò, quia cum votum sit lex priuata, quā quisque sua sponte sibi imponit, non videtur qua ratione in Ecclesiae facultate situm sit voto aliquem obligare, quanuis lege sua possit illi continentiam indicere. Probatum secundo, quia ad sacros ordines promotus tenetur æquè se cōtinere, quanuis ignoret inuincibiliter votum illis annexi, aut expressè nolit vouere. At tūc constat non obligari ex voto, quod est lex priuata propria sponte suscepta. Quod propositū videtur probari per text. in cap. *Sicut*. 1. de regul. & in cap. 1. cum alijs de ijs quæ vi. Et hæc obligatio iure ecclesiastico inducta appellatur votum continentiae (vt ait Valent. statim citandus) vtpotè imposita ijs, qui sacris initiantur, ob maiorem Dei cultum, qui finis in vo-

ris respici solet, & appellatur sollemnis: quia instar voti sollemnis dirimit subsequenter matrimonij cōtractū. Huius sententiæ sunt Cardin. Clem. *Ad nostram*, vers. 7. n. 3. de hæret. & ibi Imol. num. vlt. Innoc. cap. *Placet*, num. vn. vers. *Ex hoc*, de conuers. coniug. Archid. cap. *Cum in præterito*, num. 2. dist. 28. & ibi Turrecr. ad fin. Præpos. rubr. qui cler. vel vou. Bellarm. cap. *De illo*, num. 4. dist. 32. Decius cap. *At si clerici*, in principio, nu. 235. vers. 3. de iudicijs, Bonifac. Clem. vnic. num. fin. de consang. Paleotus de nothis, & spur. cap. 16. nu. 15. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 7. n. 45. Ex Theologis Scotus 4. d. 37. q. vnic. §. *Dico igitur*, Matheslanus, Valent. 4 p. tract. de sacrament. ordinis, disp. 9. q. 5. punct. 5. §. 1. paulò post princ. & in suis controu. lib. vn. de cælibatu cap. 2. Balthasar Mogollon. tract. de his quæ vi, cap. 8. §. 2. n. 26. & esse probabile asserit Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 27. n. 9. in fi.

Contraria tamen sententia verior & probabilior est. Afferit obligationem non consurgere immediatè ex constitutione Ecclesiae, sed ex voto castitatis, quod Ecclesia suo præcepto annexuit ordinibus sacris: cogitq; eos qui ordinem sacrum assumunt, vt votum castitatis emittant, nō expressè, sed facto ipso, & tacite. Probatum à simili, quoad secundam partem cōclusionis. Nam sicut per delationem habitus professorum, & exercitium actuum illis solis competentium, in religione approbata inducitur tacita sollemnis professio. Cap. *Vidua*, de regularib. ita qui ordinantur, licet voce non voueant, facto & opere profitentur castitatem per sacrorum ordinū susceptionem.

Quod

Bellarmin.
Soar.

16.

C. Sicut.
C. 1. de ijs
quæ vi me
tus, &c.

Valent.

Card.
Immol.
Innoc.

Archid.
Turrecr.
Præpos.
Bellarm.
Decius.
Bonifac.
Paleot.
Gutier.

Scotus.
Mathes.
Valent.

Mogollon.
Sanch.

17.

C. Vidua.

18.

Quoad primam partem ; probatur sic, licet enim Ecclesia neminem possit absolute cogere ad continentiam, quod sit res meri consilij, cap. *Integritas*. 32. quaest. 2. potuit tamen in ordine sacro, quem confert, apponere condiciones, & leges iustas illi statui conuenientes, qualis est, vt ad illum promotus, castitatem voueat. Sicut quilibet in rei suae traditione potest legem apponere, l. *In traditionibus*, ff. de pactis. Et supposita hac lege eo ipso quod quis vult sacris initiari, vult ex consequenti vouere, sicut vult obligari ad recitandum officium canonicum, quod similiter est onus ordini annexum. Vnde id votum non est absque propria voluntate; vt dicitur in primo fundamento primae sententiae. Deinde iam probauimus re vera Ecclesiam decreuisse, vt promouendi ad ordinem sacrum id votum emittant, refertur in cap. 1. & cap. *Diaconi*. 28. dist. Idem probatur ex c. *Cum olim*, de cleric. coniug. Praeterea id appellatur votum cap. vnico de voto in 6. & Extrauag. *Antiqua*, Ioan. 22. de voto. Et in Conc. Tolet. 2. refertur cap. *De his*. 28. dist. Et hanc sententiam docet Glossa cap. *Coniugatus*, verb. *continentiam*, de conuers. coniugat. Dominicus in d. cap. vnico de voto, num. 5. & ibi Francus num. 1. notab. 4. Hostiens. sum. tit. de aet. & qualit. n. 5. vers. *Sed nunquid conditionaliter*, & in cap. *Cum olim*, de cleric. coniug. n. 1. Abb. num. 4. Card. in fin. Imol. num. 7. Turrecr. cap. 1. n. 1. 28. dist. Nau. sum. cap. 22. Gutier. lib. 2. q. canon. cap. 7. n. 2. Barb. rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 100. Ex Theologis D. Thom. 4. d. 37. q. 1. art. 1. corp. Azor impugnans contrariam sent. libr. 13.

C. *Integritas*.L. *In traditionibus*.

Cap. 1.

C. *Diaconi*.Cap. *Cum olim*.Cap. *vnico*.Extrav. *Antiqua*.Coc. Tol. C. *De his*.Glossa. *Dominic.*Franc. *Host.*Abbas. *Cardin.*Imol. *Turrecr.*Nauar. *Gutier.*Barb. *S. Thom.*

Azor.

instit. mor. cap. 12. Aegid. Conink de sacram. ord. disp. 20. dub. 13. omnium optime Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 27. vbi plures alios citat Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 248. c. 1. cum seq. ac tandem latissime omnia percurrendo Soar. tom. 3. de Religion. lib. 9. a cap. 16.

Aegid.

Sanch.

Vasq.

Soar.

Quid autem dicendum sit, si initiatus sacris ignorarit votum ordini annexum, ex quo deducitur secundum fundamentum primae sententiae. Respondeo etiam in hoc casu initiatum teneri omnino se continere, nec posse valide matrimonium contrahere. Probatur, quia Ecclesia potuit iustissimam de caelibatu clericorum legem indidere, vt iam ostendimus, atque ea ligare quoscunque in posterum promouendos, siue scierint, siue ignorarint praedictam legem. Sicut quantumuis ignorent, tenentur officium recitare, & alias statutas leges obseruare. Eo vel maxime, quod lex semel legitime promulgata omnes ligat, quantumuis ignorantes; quantumuis hi a culpa transgressionis legis excusentur. Tradunt Doctores in materia de legibus. Eam autem esse Ecclesiae mentem in lege caelibatus constat ex usu Ecclesiae, & ita docent supracitati Doctores. In sola ratione obligandi controuersa est, quando quispiam nouit se ad sacrum ordinem promoueri, at continentiae votum annexum ignorauit. Alij dicunt ex sola Ecclesiae constitutione, obligari. Ratio est, quia votum est lex priuata, quam quispiam sponte sua sibi imponit. At ignorans prorsus votum, caret voluntate vouendi, ac per consequens, imponendi sibi eam legem. Aliorum tamen sententia, qui dicunt ex voto teneri, mihi valde placet. Qui enim sciens, & prudens efficit,

B

C

D

Card.
Azor.
Sanch.
Soar.

cit. & vult, facit & vult subinde ei annexa est; quia accedit intentione, saltē virtuali, faciendi ea, quæ per legē iustam, & promulgatā tali muneri sunt imposita. Docet Card. d.c. Cum olim, in fin. & ibi nu. 7. Azor lib. 13. instit. mor. cap. 14. q. 10. & Sanch. d. disput. 27. n. 11. apud quos & Soar. cit. videri possunt plura ad hanc materiam pertinentia, in quibus institutum nostrum spatium non permittitur.

§. VIII.

Quanam sit forma, & materia consecrationis Præbyterorum?

SUMMARIVM.

- 1 Duplex materia, & forma proponuntur, quæ præsentis quæstionis dant materiam.
- 2 An omnes materia, & forma assignata, essentialiter ordinem præbyteris constituent, vel ex illis alterutra? Traditionem Calicis, & patenæ pro consecrationis materia, verba addita, Accipe potestatem offer. &c. pro forma 1. dat sententia.
- 3 Concilij & Doctorū auctoritate, iuribus, & ratione prima stabilitur sententia.
- 4 Manuum impositionem, & non solum Calicis traditionem pro materia essentialiter requiri, secunda docet sententia.
- 5 Doctorum, & Conciliorum auctoritate, ratione, & consuetudine Ecclesie, secunda probatur sententia.
- 6 Prima sententia efficaciter corroboratur, & essentiam præbyteris ex duplici partiali materia, & forma constare resolvitur.
- 7 Ad auctoritatem Concilij Florenti-

- A ni. & ad cap. Præbyter de sacr. non iter. pro 1. sententia adducta, respondetur.
- 8 Ad fundamentum ex ratione petittum respondetur.
- 9 Ad text. in cap. Pastoralis, de sacr. non iterand. respondetur.
- 10 Ad vltimum argumentum pro prima sententia adductum, respondetur; cui secunda, ut probabilior antepositur.

Duplex esse potest materia, & forma, de quibus potest excitari præsentis quæstio.

Prima materia esse potest, traditio patenæ cum hostia, & calicis cum vino. Secunda materia est impositio manus, quæ fit ab Episcopo post communionem. Prima forma sunt verba, quibus dicitur sacerdoti, Accipe potestatem offerendi sacrificium, & cætera. Secunda forma sunt alia verba, quæ dicuntur ab eodem Episcopo, imponente manus supra caput sacerdotis, nimirum: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, &c.

C Vocant autem Auctores in controuersiam, vtrum omnes istæ materiæ, & formæ essentialiter constituat ordinem sacerdotalem, vel saltem alterutra ex illis? D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. Richard, art. 4. q. 3. Gabriel. q. 1. art. 1. Palud. q. 2. art. 3. Durand. q. 3. n. 8. Capreolus q. 1. artic. 3. ad 3. contra primam conclusionē, Syluest. in Summa verbo Ordo. 2. q. 4. dist. 3. Angel. etiam verbo, Ordo. 1. n. 5. Domin. Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 4. conclus. docent materiam sacerdotij esse traditionem calicis, & patenæ; formā verò verba illa, quæ adduntur: Accipe potestatem offerendi, &c. Hanc eandem sententiam, quod attinet ad materiā prædi-

1.

2.

D. Thom.
Richard.
Gabr.
Palud.
Durand.
Capreol.
Syluest.
Angel.
Do. Sot.

Laper.
Maior.

prædictam sequitur Ruard. Laper. art. 17. §. De materia autem, & Maior eandem sequitur in citatum locum sententiarum q. 1. col. 3. in fin.

3.
Cec. Flor.

Primò ergo probatur ex Concilio Florent. sess. vlt. vbi solùm pro materia sacerdotij assignatur prædicta calicis, & patenæ traditio; & pro forma verba supracitata, *Accipe potestatem, &c.*

C. Prasby-
ter.

Secundò probatur, quia in cap. *Prasbyter*, de sacramentis non iterandis, definitur, manuum impositionem nõ esse de essentia ordinationis præbyteri, & Diaconi. Tertiò probatur ratione, quia si manus impositio supra caput ordinandi, esset de essentia talis ordinationis, sequeretur, quod si Episcopus moreretur ante ipsam manuum impositionem, & post traditionem calicis, & patenæ, non maneret in ordiñado character impressus, neque potestas ad absoluendum; vel sequeretur imprimi in sacerdotio duos characteres, vnum per priora verba, alterum per posteriora; quæ quidem omnia absurda videntur. Quartò Innocentius tertius in cap. *Pastoralis*, de sacram. non iterand. docet ordinationem factam sine manuum impositione non deberi iterari: ergo censuit manuum impositionem non esse de essentia sacerdotij. Quintò Apostoli facti sunt sacerdotes in vltima cœna per illa verba, *Hoc facite in meam commemorationem*. Quibus quidem data est eis potestas super corpus Christi conficiendum: ergo nunc eodẽ modo debent fieri sacerdotes per alia verba, quæ illis Christi respondeant, scilicet, *Accipe potestatem, &c.*

4.
Sotus.
Vuald.

Secundam sententiam amplectitur Sotus in 4. dist. 24. q. vnica. Vualdens. tom. 2. qui est de sacramentis.

A ca. 123. n. 5. Viguerius in institutionibus, cap. 16. §. *Nam quamuis*. Rosensis lib. de defensione sacerdot. contra Lutherum congressu 2. axiomatico 9. Michael Medina lib. 1. de continentia sacerdotum homin. c. 21. Bellarm. libr. 1. de sacram. ordinis, cap. 9. Vasq. in 3. p. disp. 238. c. 3. Aegidus Conin. de sacramento ordin. disput. 20. dubio 7. Hi omnes, & plures alij docent non solùm traditionem calicis, iterum & manuum impositionem pertinere ad essentiam sacerdotij. Quod ergo manus impositio supra caput ipsius ordinandi, pertineat ad essentiam, videtur probare Paul. 1. ad Timot. 4. vbi, inquit: *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per profetiam cum impositione manuum præbyteri*. & epistol. 2. cap. 5. *Admoneo te, inquit, ut resucites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum*. Tertiò probatur ex Concilio Carthag. 4. c. 3. vbi dicitur: *Prasbyter cum ordinatur, Episcopo benedicente, manum super caput eius tenente, &c.*

C Quartò probatur ratione, quia potestas absoluendi est de essentia sacerdotis: sed hæc potestas non traditur, nisi in illis verbis: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* cum impositione manus Episcopi: ergo. Minor probatur primo, quia Christus Dominus in nocte cœnæ dedit Apostolis potestatem supra Christi corpus, & tamẽ non dedit potestatem ad absoluendum, nisi post resurrectionem, quando apparens eis insufflauit, & dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* vt definit Trident. sess. 14. c. 1. de sacram. to pœnitentiæ: ergo potestas hæc ad absoluendum per dictam actionem traditur, qua traditur potestas super Christi

Viguerius
Rosens.

Medina

Bellarmino
Vasq.
Aegid.

1. Tim. 4.

Epistol. 2. c. 5.

Conc. Carthag.

Trident.

Trident.

Christi corpus. Secundò eadè minor probatur ex eodem Trid. sess. 14. c. 3. de sacramento vnctionis. Vbi docet vnctionis ministros esse sacerdotes ab Episcopis ordinatos per manuum impositionem. In quibus verbis non obscurè, imò singulariter docuit Concilium, quod per illam manuum impositionem conferatur potestas remittendi peccata; nam cum sacerdos vngens, per talem vnctionē venialia remittat, ideò Concilium loquendo de hoc actu remittendi, solùm memorauit manuum impositionem; quasi per illam daretur potestas sacerdoti ad remittendum. Vltimò probatur ex more Ecclesiæ; nam cum in ordinatione nouus sacerdos habeat casulam super humeros implicatam, & sic cū Episcopo conficiat, tamè post acceptum Spiritum Sanctum per manus impositionem, statim Episcopus explicat casulam, quasi tunc integrum sacerdotium sit collatum.

6. Prima pars huius sententiæ, quatenus docet ad essentiam sacerdotij etiam pertinere calicis traditionem, cum verbis, quibus confertur potestas ad offerendum Christi corpus, præterquam sufficienter maneat probata primæ sententiæ argumentis, nūc vltimo & efficaciter sic probo. Sacramenta conferunt id, quod significat, sed illa traditio calicis, & patenæ cum verbis, quæ adduntur, *Accipe potestatem, &c.* significant potestatem consecrãdi: ergo illa conferunt. Vnde pro resolutione dicendum est cū his auctoribus sacerdotij essentiam constare ex duplici partiali materia, & forma, nimirum ex traditione calicis, & patenæ, & ex impositione manuum Episcopi, tanquã ex integra materia, & ex verbis, *Accipe pote-*

statè, &c. & Accipe Spiritum Sanctum, &c. tanquã ex integra forma, quod clariùs patebit soluendo 1. sententiæ fundameta.

A Ad primũ ergo adductũ ex Conc. Florent. respõdetur Conciliũ ibi nõ posuisse exactam doctrinã circa hanc materiam, sed solùm distinxisse illud, quod peculiare est, tam in ordinatione sacerdotis, quã ceterorũ ordinũ inferiorũ; cū verò impositio manuum sit, quid cõmune, & sola calicis cū vino, & patena cū pane, traditio sit quid peculiare in sacerdotio, ideo hoc tantũ meminit, illud tacuit. Ad illud desumptũ ex c. *Præbyter*, respondeo ibi nõ esse sermonẽ de ea manũ impositione, quæ fit ab Episcopo, sed de illa, quæ fit ante ab eodẽ Episcopo, & simul à sacerdotib⁹ adstãtib⁹, quæ omnia rectè dicuntur nõ esse de essentia sacerdotij, sunt enim cęremoniæ tantũ.

B Ad tertium ex ratione petitũ, admittito sequelã, quoad primã partẽ, & nego quoad secundã. Ratio primæ est, quia cū ostensum iam sit potestatem ad remittenda peccata cõferri per impositionẽ manuum Episcopi, & per verba, quæ ibidẽ profert super ordinãdũ, profectò si Episcopus ante hanc manũ impositionẽ è vita discederet, sacerdos maneret, & cū potestate solũ super Christi corpus, nõ verò super peccata. Secundã partẽ sequelæ ideò negauit, quia nõ admittendi sunt duo characteres, sed vnus, qui confertur in traditione calicis, extẽsus tamè ad secundã potestãtẽ remittendi peccata, eodẽ modo, quo certũ est apud Dialecticos eundẽ habitũ, qui acquiritur circa primã conclus. alicuius scientiæ, extendi circa alias cõclusiones, & habitum distinctum non acquiri; quod etiam probare solet Episcopi cõsecrationem,

F f

tionem,

7.
Ccc. Flor.Ca. Præ-
byter.

8.

tionem, vbi nō dari nouū characterē, sed characterē sacerdotis, quē habet, extendi ad potestatē Episcopi, tenēt plures, quos iam suprā retulimus, negando tamen hanc doctrinam in cōsecratione Episcopi, per quam dicimus dari nouum characterem.

9.

Illud verò, quod adducitur quarto loco ex Innocentio 3. nobis plurimū fauet, quia ibi dicit Pontifex, quod si Episcopus moriatur ante manuum impositionē, non deberi iterari, quod ante factum fuit, sed solūm suppleendum esse, quod defuit. In quo planē docuit, potestatem in corpus Christi esse distinctam à potestate super peccata, quod intendimus.

10.

Ad quintum ex dictis patet respōsio. Apostoli enim in cœna adepti sūt tantum potestatem in corpus Christi; post resurrectionem verò potestatem super animas fidelium, & sic probabilior apparet hæc sententia, quanquā prior, vtpotē tot auctoritatibus, & rationibus munita, optimē, & magna cum probabilitate defendi possit.

§. IX.

De officijs Præsbyterorum.

SUMMARIUM.

- 1 Præsbyterorum munera, & officia numerantur.
- 2 Munera quæ de iure diuino sunt introducta, eodem iure ad præsbyteros spectant. Offerre, præesse, prædicare, baptizare, ius diuinum introduxit; benedicere autem de iure humano procedit.
- 3 Munus prædicandi ad clauium potestatem pertinere, probatur.
- 4 Prædicandi officium, solis sacris ordinibus esse annexum, efficaciter ostenditur iure diuino.

5 *Opinio Soti refertur, tale munus iure humano sacris ordinibus solūm esse permissum tenentis.*

6 *Opinio Nauarri, prædicandi munus nec diuino iure, nec etiam humano sacris ordinibus esse annexum, quam plurimis contendentis, refertur.*

HX dictis in hac disp. iam liquidò apparet, quæ sint munera, & officia præsbyterorum. Isidorus autem lib. 2.

I.

S. Isidor.

de officijs eccles. c. 7. his verbis: *His enim (scilicet Præsbyteris) sicut Episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est: præsumt enim Ecclesijs Christi, & in confectioe diuina corporis, & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, similiter, & in doctrina populorum, & in officio prædicandi.* Rabanus lib. 1. de institutione clericorum, c. 6. etiam tria munera sacerdotibus adscribit, conficere Eucharistiam, baptizare, & prædicare. Stephanus Eduensis lib. de sacram. altaris, c. 9. non longè à principio in 4. tom. Biblioth. sacrae, similia officia, licet alio modo explicata,

Raban.

assignat sacerdoti. Alcuinus lib. de Diuin. offic. cap. 35, §. Præsbyteri, & §. Sacerdotes. hæc munera sacerdoti tribuit: sacrificium offerre, catechizare, & baptizare, & infirmos oleo sancto vngere, & prædicare. Hugo quoque de S. Viçt. quanuis lib. 2. de sacram. p. 3. c. 12. sub fin. solūm adscribat sacerdotibus conficere sacramentum corporis, & sanguinis Christi, orationes dicere, & benedicere dona Dei, hoc est, aquam, & fructus terræ, tamē non longè à principio cap. dicit, omnia, quæ Episcopis conueniunt, conuenire etiam præsbyteris, præter Basilicarum benedictionem, consecrationem Chrismatis, impositionē ma-

Eduensis.

Alcuinus

Hugo.

num

num, & benedictionem communē super populum. In Pontificali igitur primum hæc quinque munera sacerdotibus assignantur, offerre, benedicere, præesse, prædicare, & baptizare.

Cæterum vt clarius procedamus in hac materia sciendum est, vtrum hæc munera præbyterorum conueniant illis iure diuino, vel humano? Dico omnia munia, & officia, quæ iure diuino introducta sunt, eodē iure ad præbyteros sp̄d̄tare. Ratio est, quia sacerdotes sunt disp̄satores mysteriorum Dei, quibus commissa est omnis cura salutis animarum, sed hæc munera id intendunt; & ad hoc iure diuino sunt instituta: ergo. Hoc supposito videamus igitur, quæ munera diuino iure sint introducta? Primum est offerre, scilicet sacrificare, quod munus ita proprium est sacerdotis in vniuersum, vt nullus sacerdos, apud Iudæos, Gentiles, Græcos, & Latinos vnquā fuerit sine hac potestate. Secundum est præesse, quod munus est Pastoris, competens iurisdictionē habentibus. Duo alia munera ab eodē iure inuenta, nempe prædicandi, & baptizandi, satis nota sunt. Quintum tamen quod in Pōtificali adscribitur, nempe benedicere, certū est iure humano præbyteris conuenire. Probat, quia sub benedictione, nō omnes benedictiones comprehenduntur, nā aliquæ Episcopis reseruantur. Conuenit autē sacerdotibus benedictio panum, benedictio aquæ, cereorum, thuris, & aliorū fructuū terræ, vt patet ex Pontificali, & Missali; hæc autē benedictiones iure humano, non diuino videntur introductæ; ergo etiā eodem iure præbyteris videtur applicata. Vnde resolue quinque munera

A sacerdotibus cōuenire; de iure diuino offerre, præesse, prædicare, baptizare; de iure humano, benedicere, in qua sentētia omnes Patres supracitati videtur cōspirare, vel in pauperibus, alio modo omnia complectendo.

Dubiū tamē est inter Doctores, an prædicandi officiū iure diuino solis sacris ordinibus sit annexū? Quare sciendum est prædicandi munus ad clauū potestatem pertinere. Probat, quia sub potestate clauū diximus tā potestatem ligandi, & soluendi, quā ea omnia B comprehendī, quæ cōducūt ad finē supernaturalē, & celestē beatitudinē cōsequendā: sed inter cætera, quæ ad salutē spectāt spiritualem, præcipuū est prædicandi munus, cap. *Inter cætera*, de offic. ord. Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. de reformat. c. 4. adeo vt verbū Dei, hoc est prædicatio, nō minus esse, quā Christi corpus, scripserit. August. in cap. *Interrogo*. 1. q. 1. Explicat eleganter Turrecr. ibidē Castro de iusta heret. pun. lib. 3. c. & seqq. ergo, &c.

C Vnde iā possumus deducere efficacem argum. ad cōprobendam Caiet. sententiā 3. p. q. 64. ar. 6. vers. *Hanc doctrinā*, dum cōtendit officiū prædicandi, iure diuino solis sacris ordinibus esse annexū: nā cū ex dictis cōstet officiū hoc ad clauū potestatem pertinere, clauē autem solis sacerdotibus Christus D. tradiderit, text. in cap. 1. §. *Vna*, de sum. Trin. sequitur firmum argum. ex hac resolutione ad sententiā Caiet. confirmandā, pro qua etiā facit textus in cap. *Sicut*. 14. de hæret. vbi laicis interdicitur officium prædicationis, & text. in cap. *Adiucimus*. 16. quæst. 1. & in cap. *Cum ex iniuncto*, de hæret. Explicat latē Penna ad directorium Inquisit. lib. 2. cap. 8.

3.

Cap. *Inter cætera*.
Trident.

August.
Turrecr.
Castro.

4.
Caiet.

Cap. 1. §.
Vna.

C. *Sicut de hæret.*
C. *Adiucimus*.
C. *Cum ex iniuncto*,
Penna.

5. Verum iure diuino nulli ordini sacro annexum esse munus prædicandi (quanuis fateatur iure humano solis sacerdotibus permissum esse ex dictis iuribus) multis nititur probare Soto in 4. dist. 1. quæst. 5. artic. 6. versic. *Ex administratione*. Tum quia, inquit, prophetas in lege veteri, atq; etiam in Euāgelica, Patres Eremitas prædicasse constat, & tamē sacerdotes non fuisse, neque morem illum reprobare. Adducit deindē ex Gregorio libro primo Dialogorum, laicum Aequitium nomine laudari, eo maxime, quia populo prædicauerit. Et tandem, quia in ordinatione sacerdotum nulla fit inentio prædicandi.

Sotus.

Pe. Greg.

6. Nauarrus verò cons. 2. de temporib. ordin. nec de iure diuino, nec etiam de iure humano alicui sacro ordini annexum esse officium hoc, multis contendit. Et probatur primò, quia laicus prædicare permittitur, ex licentia sacerdotis. Cap. *Mulier*. 23. dist. Glossa in dicto cap. *Adiucimus*, verbo, *Sacerdotes*, recepta ex Nauar. vbi proximè. Secundo, quia communis vsus obseruat, vt parochi frequētissimè rogent Theologos non dum sacris ordinibus, vel solo subdiaconatu initiatos, vt prædicent in suis parochijs. Ad text. verò in dicto cap. *Adiucimus*, respondet procedere in prædicatione facienda autoritate propria, & ratione officij, quam, inquit, solos sacerdotes curatos facere posse. Et comprobatur ex Trident. proximè citatis locis. Vnde rectè Glossa dicto verbo, *sacerdotes*, notat officium prædicationis, prælationis esse non ordinis, & indè intelligit tex. in dicto cap. *Cum ex iniuncto*, & in cap. *Excommunicamus*. 13. §. *Quia*

Nauar.

Ca. Mulier. Glossa recepta.

C. Adiucimus.

Glossa.

Ca. Cum ex iniuncto. C. Excommunicamus.

verò, de hæreticis, vbi refertur illud Pauli ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* vt sit sensus, officium hoc, neminem exercere posse, nisi à legitimo superiore missus sit, hoc est autoritatem accipiat: eam verò solos Episcopos præstare posse, decidit Trident. præcitatis locis. Ex dictis etiam intelliguntur text. in dicto cap. *Cum ex iniuncto*, & in dicto §. *Quia verò*, & in dicto cap. *Sicut*, dum generaliter prohibent laicos prædicare; respondetur enim iura illa agere de laicis vsurpantibus officium hoc ex propria autoritate, non verò negare, posse prælatos licentiam concedere: patet ex verbis ipsorum iurium, ibi, *Vsurpant, & prædicare præsumant*, iunctis ijs, quæ de verbo, præsumere, argumento text. in cap. 2. de iudicijs, notant Doctores communiter, vt per Alciat. præsumpt. p. 2. n. 2. fin. & seqq. Hippol. sing. 287. Nau. cap. *Accepta*, oppos. 8. num. 35. de restitut. spoliator.

Rom. 10.

Trident.

C. Cui ex iniuncto. C. Sicut.

C. 2. de iudicijs.

Alciat. Hippol. Nauar.

7. Sed pro resolutione aduertendum est omnia prædicta officia diuino iure Præsbyteris conuenire, eo quod ea omnia iure diuino etiam in Ecclesiam introducta sint, nisi quod officium prædicandi; ita diuino iure conuenit sacerdotibus ex officio, alijs verò tanquam Præsbyterorum coadiutoribus, vt illud etiam alijs ordinibus, & clericis, ex licentia Episcoporum tribui posset, ita vt rectè ab eis fiat. Vnde consequitur munus hoc non esse diuino iure solis Præsbyteris annexum, sed illis competere ratione officij sacerdotalis: quod sanè videntur probare omnia iura supra citata. Et ita Vasq. tom. 3. in 3. p. *Vdsq.* disp. 236. cap. 9. num. 10.

7.

DISPUTATIO IX.

De Diaconis.

POST Præbyteros in nostra ecclesiastica Hierarchia immediatè subsequuntur Diaconi, qui tanquam eorum coadiutores ad ministerium altaris instituti fuerunt ab ipso Christo Domino, prout refert Beatus Isidorus in cap. Cleros, & in cap. Perlectis. 21. & 25. distinct. & nos in sequenti disputatione dicemus.

B. Isidor.

§. I.

De significatione, & institutione Diaconorum.

SUMMARIVM.

1. Diaconus unde dirinetur?
2. Refertur opinio, quæ asserit Diaconos ab Apostolis institutos fuisse.
3. Diaconos non ab Apostolis Act. 6. sed postea à Christo Domino fuisse institutos, probabilior opinio est.
4. Fundamenta primæ sententiæ solvantur.
5. Diaconi ex institutione diuina, Christus Dominus Diaconatus officium exercuit.
7. Diaconi septem requiruntur in quacunque etiam minima ciuitate.
8. Vtrum Diaconorum ordinatio sacramentum sit?
9. Vtrum Euangeliorum traditio sit materia ordinis diaconatus?
10. Manus impositio in ordine diaconatus tantum pro ritu obseruatur, non pro substantia sacramenti.

Diaconi nomen à verbo Græco, *διακονω*, diriuatum, idè importat apud Latinos, ac ministro, siue famulo; & quam Græci dicunt. *διακονια*, Latini uocant ministerium, obsequium, officium, &c. vt rectè notarunt post Lindan. & Medin. Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. cap. 4. in principio, Petr. Greg. syn-tag. iuris vniuersi lib. 15. cap. 20. n. 1. Vnde propter generalem huius uerbi significationem ad diuersa ministeria transfertur, siue sacra, siue laica, & profana: vt constat ex Diuo Paulo ad Roman. 13. & 2. ad Timoth. 4. vt latè refert Vasq. citato loco.

i.
Lindan.
Medin.
Vasq.
Pe. Greg.

Rom. 13.
2. Tim. 4.

Dubium tamen est, in quo variè discriminantur Doctores, an Diaconatus ordo ab Apostolis electus fuisset Act. 6. vel antea, seu post? & pro viribus contendit ibi institutum fuisse sacrum Diaconatus sacramentum, Durand. in rational. lib. 2. c. 3 à princip. Bellarm. 2. tom. lib. de sacram. ordin. cap. 6. Baron. tom. 1. anno Christi. 34. fol. 269. Alphons. Salmer. in prædictum locum Act. 6. Primum fundamentum huius sententiæ est, quia Apostoli in prædicto loco elegerunt homines plenos Spiritu Sancto, & sapientia, habentesque bonum testimonium: sed hæc potius ad ministerium sacrum altaris, quam ad aliud requiri uidebantur: igitur, &c. Secundo probatur quia septem Diaconi, seu ministri, de quibus ibi, oratione, & impositione manuum fuerunt electi; planè huiusmodi ad ministerium sacrum sunt tantum necessarii: ergo, &c. Tertiò, & ultimò probatur ab effectu, eo quòd statim post hanc electionem Stephanus, quorum vnus erat plenus gratia, & fortitudine, faciebat signa magna in populo.

2.

Durand.
Bellarm.
Baron.
Salmer.

D

neque poterant aduersarij resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur in eo, vt dicitur eodem loco Act. 6. Deinde, quia publicè prædicabat, quod tamen munus prædicandi verbum Dei Diaconis altaris conuenit, iuxta textum nostrum in cap. *Perle-ctis. 25. dist. ibi, prædicare.* Igitur dicendum est eo loco Diaconatus ordinem ab Apostolis institutum fuisse. Pro qua sententia (quia potius facti est, quàm iuris) multa patent testimonia. Adducit Salmer. vbi suprà, Clem. Roman. Alexand. Ignatius, Dionysius, Cyprianus, Hieron. Beda, Arat. Verum in contrarium vrgent plura. Et primò, quia (vt suprà ostendimus q. 4. proœmiali, §. 2.) inter Catholicos citra controuersiam est hūc ordinem esse sacramentum; sed constat omnia sacramenta à Christo, ante ascensionem eius fuisse instituta: igitur, cum hæc electio septem Diaconorum, ad mensas facta fuerit post Christi ascensionem (vt constat) non potuit esse institutio sacramenti. Secundò, quia Christus per se ipsum omnia sacramenta instituit, & nullius institutionem Apostolis commisit. Igitur hac electione facta ab Apostolis, non fuit vllum sacramentum institutum. Quare existimo sententiã verissimam esse, nempe ea solùm electione, quæ Act. 6. expressè narratur, non fuisse ordinaros septem illos viros ad ministerium altaris; neque sacramentum ordinis suscepisse, & ita non esse de viris, qui ministrabant ministeria, scilicet Missæ, sed de his, qui ad ministeriũ mensarum, vt pauperum curam haberent, adhibebantur. Quæ sententia ex eo ostenditur, quod hoc ministerium non est sacrũ,

& ecclesiasticum, quanuis tanquam piũ opus, & misericordia ministris ecclesiasticis commendari iure possit: ergo illa electione non fuerũt viri illi sacramento Diaconatus ordinati: nam talis ordinatio ad ministerium sacrum, & ecclesiasticum esse debet. Deinde, quanuis fuissent ordinati ad alia ministeria sacra (quod tamen neque ex scriptura, neque ex Patrum traditione constat) tamen nõ est dicendum, ea electione, quæ exprimitur facta ad ministerium pauperum, sacramentum Diaconatus collatum fuisse, sed postea ab ipso Christo Domino institutum, vt probabilior opinio fert, & nos diximus in 4. quæst. proœmiali, & hanc opinionem ex Theologis probat Lindan. libr. 4. Panopliæ, cap. 79. Michael Medina lib. 1. de continentia, c. 26, Caietan. in eum locum Act. 6. & in illud 1. ad Timoth. c. 3. Vasq. tom. 3. disp. 236. c. 4. n. 49. Ochogauia de sacram. ord. q. 3. n. 8. Aegid. de sacramento ord. dub. 3. n. 13.

Retenta hac sententiã, facillimè dilui possunt rationes, quibus suprà diximus probare suam opinionem Salmer. Ad primam enim respondetur rectè quidem fecisse Apostolos eligentes viros plenos Spiritu Sancto, & sapientia ad ministerium illud mensarum, eò quod, cum iam dissensio orta fuisset inter viduas, quæ mensis præerant, propter quod factũ fuit murmur Græcorum, vt dicitur eodẽ cap. 6. opus fuit, vt viri, qui loco illarum subrogandi erant, essent præditi gratia Spiritus Sancti, & sapientia; qui ita se in multitudine illa gererent, vt nullam dissensionis ansam, & occasionem præberent, etiamsi tunc ad sacram

Salmer.
Clem. Ro.
Alexad.
Ignat.
D. onys.
3.

Lindan.
Medina.
Caiet.
1. Tim. 3.
Vasq.
Ochogau.
Aegid. Co
nin.

4.

Vasq.

Bar

Vale

Dun.
Uasq.
Ocha
Aeg
Ioan.

sacrum Diaconatus ordinem non eligerentur. Ad secundam respondetur rectè fuisse ceremonia illa impositionis manuum, & oratione electos, vt ita ad illud ministerium gratia Spiritus Sãcti super eos inuocaretur, quã necessariam esse Apostoli existimabant, præsertim in ea occasione, vt absque vlla perturbatione, & contentione res pauperum ab illis administrarentur. Ad tertiam rationem dicendum est, quanuis in eodem cap. Act. 6. narretur, quod statim post hãc electionem, Stephanus faceret signa, & prodigia, & populo ita sapienter prædicaret, vt aduersarij non possent sapientiã, & spiritui eius resistere; tamen non proindè licet inferre ipsum fuisse in sacrum Diaconatus ordinem consecratum; nam etiam ad aliud munus electus, hæc præstare poterat. Ad auctoritates Patrum optimè respondet Vasques dicta disp. 236. c. 5. à n. 52. vsque ad n. 61. vbi ex illis multas eleganter explicat pro hac nostra opinione. Quanto tempore hoc ministerium Diaconorum, qui mensis præficiantur, in Ecclesia perseueravit, & quo pacto; latè disputant Baronius, & Vasq. vbi suprã, cum quibus hanc mensarum explicationem prosequere.

5. Ex dictis tamen certum est, Diaconos ex institutione diuina electos fuisse. Affirmat Valentia tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 2. versic. *Ad hæc*, Henricq. lib. 10. de sacramento ordin. c. 2. Durand. de ritibus Eccles. lib. 2. c. 23. Vasq. d. loco. Ochagauia de sacram. ord. tractatu vnico, q. 2. n. 7. Aegid. dicta disp. 20. de sacram. ord. dub. 3. nu. 2. Et Diaconatus officium exercuisse Christum Dominum testatur

A Frater Ioannes de Capristano de auctoritate Ecclesie, fol. 51. vers. 7. Diaconatus, cum sacramentum corporis, & sanguinis sui tradidit discipulis post coenam, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13. Nam Diaconus in necessitate etiam præsentè Episcopo, cū sibi iniungente, potest Eucharistiam populo dispensare, iuxta textum in cap. *Diaconi*. 123. 93. dist. & suprã diximus in disputatione de præbyteris.

B Diaconorum numerus, sicut septem ab Apostolis creati fuerunt, licet tamen non ad ministerium altaris, ita septem in quacunque etiam minima ciuitate requirebantur, iuxta textum in cap. *Diaconi, qui*, textū in cap. *Diaconi septem*, 93. dist. Habetur in episto. Euaristi ad Ecclesiam Africanam relata à Rophino Torano in 2. epist. eiusdem Pontificis, fol. 176. Frater Petrus de Bollo in sua æconomia canonica, classe. 1. §. 2.

C An verò Diaconorum ordinatio verum sacramentum sit, latè disputauimus in quæst. 4. proœmiali, §. 2. vbi affirmauimus verum sacramentū esse, & ita in Concilio Tridēt. sess. 23. cap. 6. decisum reperiri, vt etiam optimè aduertit Vasques in 3. p. disput. 238. cap. 2. Inquirendum tamen est in præsentì, quænam sit materia huius sacramenti? Nam, si cum D. Thoma in 4. dist. 24. q. 2. artic. 3. & 7. & cū Paludan. q. 2. art. 8. n. 15. & sequentibus, dicamus materiam esse traditionem libri Euangeliorum; vrget maximè, quod eo tempore, quo ab Apostolis, seu, vt verius est, ab ipso Christo Domino, Diaconatus ordo fuit institutus, non dum erant scripta sacra Euangelia. Respondendum tamè est, eo tempore materiam huius sacramenti

Mat. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
Ioan. 13.

C. Diaconi.
7.

Pe. de Bollo.

8.

Trident.

Vasq.

D. Thom.

Paludan.

Vasq.

Baron.

Valentia.

Durand.

Vasq.

Ochag.

Aegid. C.

6.

Ioan. Cap.

cramenti esse manus impositionem; scriptis verò Euangeliorum libris, tunc ipsi materiam esse inceperunt: ita Bellarm. d.c.6. versic. fin. Vasq. in 3.p. d. disp. 238. cap. 4. à n. 43. Ochogauia de sacram. ordin. q. 4. n. 12. Vel dici potest, id tunc ex dispensatione diuina factum fuisse, vt scilicet sine vera materia huius sacramenti, ipsum tunc collatum fuisset. Henriq. d. libr. 10. cap. 8. Soto in 4. sentent. dist. 24. q. 1. artic. 4. Forma verò huius sacramenti sunt verba, quibus liber Euangeliorum Diaconis traditur. Sanctus Thomas in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. & 7. Paludan. Vasq. Aegid. & Ochogauia citatis locis. Ex quibus infertur manus impositionem, nec pro materia, nec pro forma, sicut olim, & sic non pro substantia sacramenti, sed tantum pro ritu, & ceræmonia obseruari, quod vltra alià probatur ex text. in cap. vlt. de sacramentis non iterandis, vbi huiusmodi manus impositio ritus appellatur. Probatur etiam ex Concilio Florentin. sub Eugenio. 4. post vltimam sessionem octauam, vbi deciditur, Diaconatum conferri per Euangeliorum traditionem: ergo nõ per manus impositionem; & de modo ordinandi Diaconos, & de oratione in eadẽ ordinatione dicenda, idẽ constat ex Clem. lib. 8. Constitution. Apostol. cap. 25.

§. II.

De officijs Diaconorum.

SUMMARIUM.

- I Ad officium Diaconatus in primitiua Ecclesia pertinebat administratio eleemosynarum, & bonorum communium ipsius Ecclesie.

- A 2 Diaconi sanguinem Christi fidelibus ministrabant.
 3 Diaconi assistebant Episcopis predicantibus.
 4 Diaconi oculi Episcoporum.
 5 Diaconi ministrant sacerdotibus in omnibus, qua aguntur in sacramentis.
 6 Quomodo ministrent in sacrificio Missæ?
 7 Ad Diaconos pertinet legere Euangelium publice.
 B 8 Vtrum Diaconi predicare possint?
 9 Vtrum Diaconi possint baptizare?
 10 Quomodo possint ministrare sacramentum?
 11 Diaconi consecrare non possunt.
 12 Diaconi administrantes non tenentur esse in gratia.
 13 Peccat Diaconus, qui in peccato ministrat Eucharistia sacramentum.
 14 Diaconi Leuitis antiquæ legis comparantur.
 15 Qua ætate conferri debeat ordo Diaconatus.
 16 Diaconi horas Canonicas recitare tenentur.
 C 17 De varijs Diaconorum ceræmonijs.
 18 De continentia Diaconorum.



fficiu verò Diaconorum in primitiua Ecclesia versabatur circa administrationẽ eleemosynarum, & bonorũ communium Ecclesie. Baron. anno Christi. 34. fol. 269. vbi latè Bellarm. d. cap. 6. Vasq. in 3.p. disp. 236. cap. 6. nu. 69. Insuper ad eos pertinebat ministrare calicem; quando eo tempore cum sanguine fidelibus ministrabatur. Henriq. lib. 1. c. 26. §. 4. & lib. 10. cap. 13. §. 2. Tandem ad Diaconorũ officiu pertinebat assistere Episcopis prædi-

Bellarm.
Vasq.
Ochogau.

10.

Henriq.
Soto.

D. Thom.
Palud.
Vasq.
Ægid.
Ochog.

Conc. Florent.

Clem. lib. 8.

Baron.
Bellarm.
Vasq.
2.

Henriq.
3.

Cl.
Pe.
Bo.

C.
Eis.
A.

Com.
men.
C.
D.

Cai.
Hug.
Reb.

C. 7.
Eis.
C. 1.
Ela.

4. prædicantibus, & eos custodire, ne ab infidiatoribus infestentur. Quare oculi Episcopi appellantur in capit. *Diaconi, qui.* cap. *Diaconi Ecclesia.* 93. dist. Clemens lib. 2. constitutionum apost. cap. 43. Petrus de Bollo in sua æconomia canonica, classe 3. §. 1. fol. 443. Hodie verò eorum officium in primis est ministrare sacerdotibus, in omnibus, quæ aguntur in sacramentis, velut in Baptismo, & Chrismate. Secundo assistere, & ministrare in sacrificio Missæ, oblationes offerre, disponere in altari, & componere mensam Domini. Probat text. in cap. *Perlectis.* 25. dist. Clemens lib. 2. constitutionum Apostolicarum, cap. 14. Ambrosius libr. 1. de officijs, cap. 41. vbi historiã Sancti Laurentij refert; tertio legere Euãgelium publicè in Ecclesia. Habetur in Concilio Remensi, canone 5. & in Concil. Vassens. canon. 4. Durand. in rational. lib. 2. c. 5. n. 60. Et in his tribus ad officium Diaconorum pertinentibus, nulla dubitatio est. An tamen prædicandi munus ad eorum officium pertineat? dubitari potest? Affirmatiuam partem tenet Caietan. d. cap. 5. n. 6. Hugo de S. Victore lib. 2. de sacram. 3. p. cap. 11. Rebanus lib. 1. de institutione sacerdotum, cap. 7. Et probatur, quia Stephanus, & Philippus ab Apostolis primo in Diaconos electi, prædicauerunt, constat Actor. 8. Insuper Vincentius Martyr, qui tantum fuit Diaconus, cõcionabatur, teste August. serm. 2. de eodem Vincentio. Denique, probari videtur per textum in cap. *Perlectis.* 25. dist. ibi, *prædicare,* & per textum in cap. *In sancta,* ibi, *Ad prædicationis officium.* 92. dist. Quibus iuribus probari videtur munus prædicandi

Clem.
Petr. de
Bollo.

C. Perle-
ctis.
Ambr.

7.
Con. Rbe-
mens.
C. Vassen.
Durand.

Caiet.
Hugo.
Reban.

C. Perle-
ctis.
C. In san-
cta.

ad Diaconorum officium pertinere. Negatiuam tamen partem tenet Me-
din. lib. 1. de continentia, cap. 30. Ga-
briel in 4. dist. 24. q. 1. art. 3. §. *Diaconorum officium,* & alij, quos ipsi refe-
runt. Et probatur expressè per textum
in cap. *Adijcimus.* 16. quæst. 1. vbi di-
citur prædicandi munus, tantum
ad sacerdotes pertinere, Gloss. ibidè,
verb. *sacerdotis,* Gloss. in d. c. *In sancta,*
verbo, *prædicationis,* vbi Archidiacono,
& Turrecrem. in fin. Pro concili-
atione dicendum est, ratione officij,
prædicandi munus diaconis non esse
concessum; eos tamen posse de licen-
tia Episcopi prædicare. Ita Valentia
tom. 4. disp. 9. de sacramento ordinis,
q. 1. punct. 3. Vasq. in 3. p. disput. 236.
c. 8. n. 89. & sic virtute huius licentiæ
intelligendum est prædicasse Stepha-
num, Philippum, & Vincentium. In
quo etiam sensu dicendum est pro-
cedere textum in d. cap. *Perlectis,* &
in d. cap. *In sancta,* vel intelligenda
sunt eorundem iurium, verba ibi, *præ-
dicare,* id est recitare Euangelium.
Gloss. in d. cap. *In sancta,* verb. *prædi-
cationis.* Quam recitationem ad Dia-
conorum officium pertinere iam su-
prà probauimus.

Secundò dubitari potest, an ad
Diaconos ratione officij, pertineat
baptizare? Et distinguendum est in-
ter tempus hodiernum, & Ecclesiæ
primitiuæ; nam in Ecclesia primitiua
propter penuriam ministrorum, solè-
niter poterant baptizare. Soto dist.
24. q. 5. art. 3. Henriq. lib. 1. c. 26. §. 4.
Hodie verò ratione officij id facere
non possunt, nisi de licentia Episcopi,
vel præbyteri. Habetur in cap. *Dia-
conos.* 93. dist. vbi Gloss. & Turrecr.
cap. *Constat,* de consecratione, dist. 4.

C. *Adijci-
mus.*

Archid.
Turrecr.

Valent.
Vasq.

10.

Soto.
Henriq.

C. *Diacono-
nos.*

Turrecr.
C. *Cõstat.*

Henriq.

- Henriq.** Henriq. d. lib. 10. cap. 13. §. 2. vbi tenet irregularem fieri Diaconum, qui sine licentia Episcopi, vel præsbyteri baptizauerit, Vasquez d. disp. 236. c. 8. n. 90. Sic similiter licet non possint ratione officij Eucharistiam fidelibus ministrare, tamen in absentia sacerdotis, vel in eius præsentia, data necessitate possunt tex. in d. c. *Diaconos*, & in d. c. *Præsente*. 93. dist. ultra supra relatos, Frater Ioannes de Capistrano de authoritate Ecclesiæ, fol. 51. versic. *Septimo Diaconatus*, Candelabrum aureum de sacram. Eucharist. cap. de vfu, & administratione, n. 2. Aduertendum tamen est, eos nunquam nec olim potuisse, nec hodie posse Eucharistiam consecrare, habetur in Concilio Nicæno, can. 14.
- Vasq.** 11. **C. Diaconos.** **C. Præsente.** 93. dist. **Ican. Cap.**
- 12.** Vtrum autem Diaconi, dum ministrant, teneantur esse in gratia? negatiuè respondendum est: possunt enim in peccato mortali, absque vlla culpa, saltem mortali, ministrare. Henriq. d. c. 13. n. 3. Soto dist. 24. q. 1. art. 4. Cordubensis libr. 1. quæstion. 50. Valentia tom. 4. disp. 3. q. 5. punct. 3. versic. *Secundò intelligitur*. Quod limitatur in administratione sacramenti Eucharistiæ; hoc enim si ex officio in necessitate administrauerint indignè, peccant mortaliter, Henriq. lib. 1. cap. 29. §. 4. An verò Diaconi Leuitis antiquæ legis comparentur? affirmatiuè resoluendum est. Diaconi namq; in locum Leuitarum successerunt, & ideo ordo diaconatus in nouo, & c. vocari solet ordo Leuitarum. Durand. in rationali lib. 2. cap. 9. in principio.
- Henriq.** Henriq. dicto libr. 10. cap. 14. §. 2. **Soto.** Valentia tom. 4. disp. 3. q. 5. punct. 3. versic. *Secundò intelligitur*. **Cordub.** **Valent.**
- 13.** Qua verò ætate Diaconatus ordo conferri debeat, licet aliqua varietas reperiatur in iure Canonico, & Concilijs; rem tamen ab antiquo veteris test. tempore repetemus; quo attento viginti quinque annis eligebantur Leuitæ, vt in tabernaculo Domini ministrarent. Probatur ex textu in cap. *in veteri*. 77. dist. meminit D. Hieronymus in epistola ad Theophylū, quæ est 62. n. 8. & sequentibus, quam ætatem etiã ab antiquo noui testam. tempore sacri Canones in ordinãdis Diaconis requirebant. Probatur ex text. in cap. *Placuit*, & in cap. *Episcopus*. 77. ex text. in cap. *Nemo*. 78. dist. habetur in Concilio Carthag. 3. cap. 8. in Concil. Agathens. c. 16. in Concilio Toletano. 4. c. 9. Quam ætatem in Diaconis necessariò requiri etiam. Imperator Iustinian. decreuit in Authent. de sanctiss. Episcop. §. *Præsbyterum autem*, collatione 9. His tamen antiqui iuris Canonici constitutionibus derogauit Clemens Quintus in Concilio Vienensi, vt refertur in Clementina *Generalem*, de ætat. & qualit. vbi qui ad vigesimum ætatis annum peruenit, in Diaconum eligi posse constitutum fuit. Sed & huius Clementinæ ius reuocatum est per Concilium Trident. de reformat. cap. 12. vbi deciditur neminem in Diaconū ordinari posse, nisi vigesimo tertio ætatis anno. Meminit ultra alios Nauar. in Manuali, c. 25. n. 69. & nu. 126. Petrus de Bollo in sua æconomia canonica, classe. 1. §. 1. in fine, Aegidius de sacram. ordinis, 2. tom. disput. 20. nu. 102. Vasq. in 3. p. disp. 246. cap. 4. num. 42.
- 14.** An vero Diaconi, officium Canonicum recitare teneantur? affirmatiue resoluere, argumento text. in cap. *Eleutherius*, & in cap. *Clericos*. 91. dist. **Doctores**
- Durand.** **Henriq.** **Vasq.** **15.**
- C. in veti.** **ri. 77. d.** **D. Hier.**
- C. Placuit** **C. Episc.** **77. dist.** **C. Nemo.** **87. dist.** **Conc. Carthag.** **Agathens.** **Toletano.** **Auth. de sanct. Ep.**
- Conc. Vienens.** **Clem. Generali.** **de ætat. & qualit.** **Trident.**
- Nauar.** **P. de Boll.** **Æg. Con.** **Vasq.**
- C. Eleut.** **C. Cleric.** **91. dist.**

Syluest.
17.
Durand.
18.
Doctores in cap. 1. de celebr. Miss. & in Clement. 2. eodem tit. Syluest. & Sūmistæ, verb. *Canonica*. De varijs autem Diaconorū cæremonijs; quare scilicet Euangelium dicturi in altiore locum ascēdant? quare facies versus Aquilonem ponant? quare ipsis Euangelium lecturis, detur benedictio: non autem subdiaconis Epistolam lecturis, & de alijs Diaconorū cæremonijs: Vide Durand. de ritibus Ecclesiæ lib. 2. c. 23 n. 5. 11. 12. 14. 15. & ferè per totum caput.

Quod tamen attinet ad Diaconorum continentiam, diximus præcedenti disputatione, quod semper ab initio Ecclesiæ fuit omnibus sacerdotibus, ac diaconis prohibitum contrahere matrimonium, vt patet primo ex canone. 25. aliàs 27. Apostolorum. Secundo canon. 10. Concilij Ancirani, & 1. Næocesariens. quæ fuerunt celebrata ante Nicænum: & consensu omnium antiquorum Patrum; quem fusè probat Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 19. apertè etiam colligitur ex Scripturis 1. ad Timot. 5. & q. 12. & 13. Quæ omnia latè expendit Afor. tom. 1. libr. 13. cap. 12. Aegid. Conin. de sacramento ordin. disp. 20. dub. 10. 11. & 12. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 27. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 9. à cap. 13. vsque ad 20. Neque in contrarium obstat ratio decisionis Concilij Ancirani canon. 10. aliàs 9. in quo decernitur Diaconos, qui in sua ordinatione protestati sunt se non posse continere, ad hoc non teneri. Quia nimirum tales nec voto, quod non poterant vllō modo censerī emisisse, nec lege ecclesiastica ad continentiam tenebantur: quia hæc non obligat eos, qui eam nec vllō

modo acceptant, nec etiam acceptare tenentur, quales illi erant. Nam cū protestarentur se nolle, cum tali obligatione ordinari, nullam faciebant ordini iniuriam, eam non acceptando. Sed huic Episcopus, eos ordinās, potius faciebat iniuriam eos ita ordinando, vt ad continentiam obligari non possent. Quæ ratione dicitur etiam ijs dedisse veniam ineundi matrimonium: non quidem formaliter, aut dispensando in aliqua lege (quod facere non poterat) sed ipso facto eos ordinando eo modo, quoad continentiam obligari non poterant: quos tamen Concilium permittit suo officio fungi ob necessitatem illius temporis.

§. III.

De institutione, & officijs Diaconissarum.

SUMMARIVM.

- 1 Quæ mulieres Diaconissa dicerentur?
- 2 Diaconissa benedictione, & cæremonia ordinabantur.
- 3 Ordinatio Diaconissarum quo tempore abrogata fuerit apud Græcos, & Latinos.
- 4 Quæ mulieres ad hanc ordinationem assumerentur?
- 5 In qua ætate Diaconissa eligebantur.
- 6 Munera, quæ Diaconissis compete-
bant, assignantur.
- 7 Quæ appellarentur Præbyteræ, Diaconæ, & Subdiaconæ.

Romissimus in hac quæst. de Diaconis, agere de institutione, & officijs Diaconissarum. Quare sciendum est primò quidem fuisse genus mulierum, quæ
Diaconissa

1.

Cla. Rom. *Diaconissa* dicerentur, vt patet ex *Clement. Romano* lib. 8. *Const.* cap. 19. & 20. aliàs 26. Ex quo loco etiam constat has *Diaconissas* benedictione, & cæremonia ordinari consueuisse, teste *Tertulliano* lib. de exhortat. ad castit. cap. vlt. nu. 72. Denique ex *Concilijs*, in quibus ordinatio, & cõsecratio, seu benedictio dicitur abrogata manifestè conuincitur has *Diaconissas* non sine cæremonia, & benedictione aliqua ordinari, & in sede, seu gradu *Diaconia*e collocari consueuisse. Hæc tamen ordinatio *Diaconissarum* primò apud *Græcos* abrogata fuit in *Concilio Laudiceno* canon. 11. & refertur cap. *Mulieres*. 32. dist. In *Latina* verò *Ecclesia* in 1. *Concilio Arausicano* sub *Leone*. 1. canon. 26. prout refert *Vasq.* d. disp. 245. cap. 3. n. 35.

Ad hanc tamen ordinationem mulieres primo virgines, & pudicæ assumebantur, si autem non esset virgo, vidua saltem quæ fuisset vnus viri vxor fidelis, atque honorata. Hæc tamen quæ in *Diaconissas* eligebantur, *Græcè* non solum *Diaconæ*, seu *Diaconissæ*, sed etiam *præsbytidæ* dicebantur, teste *Epiphano* aduersus hæreses hæresi. 79. *Vidua* tamen ante sexaginta annos ad *Diaconiam* nō eligebantur. De virginibus autem quod attinet ad ætatem, in qua deberent ordinari, nihil scriptum reperitur ante tempus *Concilij Calcedonensis*, sed arbitrio *Episcopi* relictum testatur *Vasq.* d. cap. 3. n. 40. In *Concilio* tamen *Calcedonensi*, canon. 15. pro ætate *Diaconissarum* assignatum fuisse annum quadragesimum ætatis saltem inceptum, existimat *Pamelius* scholio. 72. in lib. *Tertulliani* de

exhort. cast. sequitur *Vasq.* vbi suprâ.

His tamen *Diaconissis* aliqua munera assignant *Doctores*; primum erat cæteras instruere mulieres de rebus, de quibus, cum *Diaconis*, aut *Episcopis*, agere debebant. Constat ex *Clement. Romano* lib. 2. *Constit.* cap. 57. aliàs 61. Secundum ad exemplum ostiarij manere ad introitum, & portam mulierum custodiae gratia, quod sanè ministerium intra *Ecclesiam* erat, constat ex eodem libro *Constit.* cap. 15. Tertium, sicut munus *Diaconi* erat vngere oleo sancto frontem mulierum, quæ baptizabantur, *Diaconissarum* verò abstergere, ne à viris aspicerentur. Quartum munus constat ex cap. 16. *Constit.* dum, inquit, viros baptizatos suscipi consueuisse à *Diacono*, mulieres verò à *Diaconissis*. Quintum munus assignat idem *Clemens* d. cap. 15. Quod erat extra *Ecclesiam*, vt videlicet cū *Episcopus* ad domus mulierum aliquem mittere vellet, non mitteret *Diaconum*, ne quid mali infideles suspicarentur, sed mitteret *Diaconissã*: *Epiphanius* alia munera *Diaconissarum* assignat, quæ omnia percurrit *Vasq.* d. cap. 3. vbi videri poterunt. Tempore tamen *Epiphaniij* munus *Diaconissarum* erat mulierum indigentium curam gerere. Et hæctenus de hoc genere mulierum, quæ à tempore *Apostolorum* cæperunt.

Sciendum est tamen post tempora *Apostolorum*, & primitiuae *Ecclesiae*, in *Latina* mulieres aliquas dictas fuisse *Episcopas*, *præsbyteras*, *diaconas*, & *subdiaconas*, vt probat text. in cap. *Diaconissam*. 27. q. 1. non tamen ratione, quod ordinem, vel characterem sacramentalem percipissent, sed propter

6.

*Clem. Roman.**D. Sot. Cap. He. Vna. M.**Vasq.**Epiphani.**Vasq.*

7.

C. Diaconissam. 27. q. 1.

q. 1.

propter officium, quod gerebant legendi, verbi gratia homilias, vel Evangelia in choro, ad quod destinabantur, certis quibusdam benedictionibus: non autem, quod fuerint speciali ritu consecratae, quemadmodum in Diaconis observatur, sicut etiam propter officium praesbyterae dicebantur, quia seniores erant, & alijs praefectae. Notant ex Diuo Thoma, Soto, & Castro, quos refert Henriq. libr. 14. cap. 2. §. 2. litera P. & sequenti. Licet tamen aliud affirment Vualdens. de sacramentis, lib. 2. tit. 7. cap. 58. numer. 70. Michael Medina libr. 4. de continentia, controuers. 6. cap. 7. Vasq. dicto cap. 3. num. 49. ut scilicet, non ita appellentur, nec ab ullo ordine, quem suscepissent, neque ministerio, ad quod essent destinatae, aut consecratae, sed à viris, quorum vxores erant: & ita praesbyterae, vxores praesbyteri dicuntur in cap. ultim. 31. dist. apud quos vide reliqua circa §. *Presentem*.

D. Thom.
Soto.
Castr.
Henriq.
Vualdens.
Medina.
Vasq.

DISPUTATIO X.

De Subdiaconis.

POST ordinem Diaconatus numerantur à Beato Isidoro in nostro cap. *Cleros*. 21. distinction. Subdiaconi, qui etiam ad ministerium altaris instituti fuerunt à Christo Domino, ut statim dicemus in sequenti disputatione.

C. Cleros.

§. I.

De institutione, forma, & materia sacramenti subdiaconatus.

SUMMARIUM.

- A 1 Subdiaconus unde dicatur?
- 2 Subdiaconatus an sit sacramentum à Christo Domino institutum?
- 3 Interpretatio remissive ad text. in cap. *Nullus in Episcopatu*. 60. dist. & ad text. in cap. *Miramur*, de seruis non ordinandis.
- 4 Qua sit materia sacramenti subdiaconatus?
- 5 Quae sit forma eiusdem sacramenti?
- B 6 An in ordinatione subdiaconorum manus Episcopi impositio requiratur?
- 7 Conciliatio inter text. in cap. 1. de sacr. non iterand. & text. in capite *Subdiaconus*. 23. dist.
- 8 An subdiaconatus ordo, sacer antiquitus fuisset?
- 9 Subdiaconis semper licuit sacra vasa tangere?
- 10 Ordo sacer unde dicatur?



Subdiaconatum (Graece dictum *Hypodiaconatum*, id est subministratio, quia subdiaconus minister est Diaconi,

I.

ut infra apparebit Sot. in 4. sentent. dist. 24. q. 5. art. 4. versic. post *Diaconum*) non esse sacramentum à Christo Domino institutum, ultra Durand. & Caietan. in 4. q. prooem. relatos, tenuit Hugo de S. Victore, Alfonsus de Castro, & Magister sent. in 4. dist. cap. *Septimus ordo*, in fine. Fundamentam iam supra retulimus, & primum ex cap. *Nullus in episcopatum*. 60. dist. ibi, *Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & praesbyteratum*, hos siquidem solos primitiua legitur habuisse Ecclesia. Secundum ex cap. *Miramur*, de seruis non ordin. ibi, *De subdiaconali ordine*, quia

Soto.

Durand.
Caiet.
Hugo de
S. Vict.

C. Nullus
in episc.

C. Mira-
mur.

Gg de

de eo non fit mentio in Patrum statutis.

2. Sed his non obstantibus, pro comper-
to resoluius subdiaconatum sacra-
mentum esse à Christo Domino in-
stitutum, cum Doëtoribus supra re-
latis. Vasq. in 3. p. disp. 238. c. 2. à prin-
cipio. Aegidius de sacramentis disp.
20. dub. 3. Ochogauia de sacram. ord.
tract. vnico. q. 4. Quod vltra alia fun-
damenta, quæ supra expendimus ab
auctoribus magis communiter tradi-
ta. Probat ex eo, quia de huiusmo-
di subdiaconatus ordine, vtpotè de
re antiqua, & vbiq; recepta, & à
Christo Domino instituta loquuntur
Auctores illius temporis, qui sanè
floruerunt in ipso beatorum Aposto-
lorum senio; aut non diù post super-
stites fuerunt. Cyprianus namque lib.
2. Epistol. epistol. 10. & epist. 5. & lib.
4. epistola 5. & lib. 5. epistol. 14. Quod
etiam reperitur apud Cornelium Pa-
pam in epistol. ad Fabian. apud Euse-
bium lib. 6. Hist. c. 33. & quod magis
est, huius subdiaconatus ordinis me-
minit Apostolorum canon. 40. cui
nec refragari, nec contradicere im-
pune licet, vt supra ostendimus, vbi
latè respondetur ad fundamenta cõ-
trariæ sententiæ, & ad text. in d. cap.
Nullus. 60. dist. & ad cap. Miramur, de
seruis non ordinandis, vt videri po-
terit in d. q. 4. proœmiali, §. 2. n. 23.

3. Quæ tamen sit huius sacramenti
materia, & quæ sit forma non est in
facili asserere inter varias Doëtorum
opiniones; communis tamen, & vera
sententia est: huiusmodi sacramenti
materiã esse traditionẽ calicis vacui,
cũ patena. Ita D. Thom. in 4. dist. 25.
q. 1. artic. 1. ad 1. Durand. in rationali
lib. 2. c. 8. n. 3. Soto in 4. q. 1. art. 3. §.
Herere tamen. Valentia tom. 4. disp. 9.

- q. 1. pũct. 5. versic. Tertia quæstio, Vasq.
A in 4. disp. 238. c. 5. à n. 48. & sequenti-
bus, Aegid. Conin. de sacram. ordin.
dub. 7. Ochogauia in tractat. vnico. de
sacramento ord. q. 3. Et hoc decisum
reperitur in Concilio Florẽtin. sub
Eugenio 4. in decreto fidei post vlti-
mam sessionem, §. Sextum sacramen-
tum, idem ex Concilio Carthagenen-
si. 4. cap. 5. deducunt Isidorus libr. 2.
de officijs, cap. 10. Hugo de S. Victo-
re lib. 2. de sacrament. 3. part. cap. 10.
Sed vrget, quod Episcopus æquali-
ter tradit subdiacono librum Episto-
larum, ac Diacono librum Euange-
liorum; sed traditio libri Euangelio-
rum est materia ordinis diaconatus,
vt in antecedenti disputatione pro-
bauimus: ergo etiam traditio libri
Epistolarum debet esse materia in
ordine subdiaconatus; quo funda-
mento motus libri Epistolarum tra-
ditionem esse materiam huius ordi-
nis tenuit Viguerius in summa insti-
tution. Theologicarum cap. 16. §. 6.
Respondendum tamen est Episcopũ
C Diacono tantũ tradere librum E-
uangeliorum; vnde à nihilo potuit
materiam sumere huiusmodi sacra-
mentum, quam ab hac Euangelio-
rum traditione; subdiacono verò nõ
solũ tradit Episcopus librum Epi-
stolarum, sed insuper calicem vacuũ,
& patenam; quare vel earum om-
nium rerum traditio debet esse ma-
teria huius sacramenti. Quæ fuit
opinio Medinae libr. 1. de continen-
tia, c. 44. vel materia debet esse tradi-
tio alicuius rei particularis ex ipsis.
D Vnde cum nobiliorem actum exer-
ceat subdiaconus in ministracione
vasorum corporis, & sanguinis Chri-
sti Domini, quam in recitatione Epi-
stolarum,

Vasq.
Aegid. Co-
nin.
Ochogau.

Cyprian.

Cornelius
Papa.

C. Nullus
C. Mira-
mur.

D. Thom.
Durand.
Soto.
Valent.

Vasq.

Aegid. C.

Ochogau.

Conc. Flo-
rent.

Conc. Car-
thag.

Hugo de S.
Victor.

Viguer.

Medina.

Vasq. stolarum. Vasq. vbi suprâ numer. 49. nihil mirum si huiusmodi sacramentum ab actu nobiliori materiam sumat: Valentia vbi suprâ. Quæ autem fit huius sacramenti forma omnibus ignotum fuisse affirmat Vasq. vbi suprâ n. 51. qui cum solus ageret de forma huius sacramenti, existimat eam esse verba illa, quæ Episcopus omnibus simul ordinâdis, postquam sacra vasa tetigerunt, enunciat, prout in Pontificali refertur. Videte, inquit, cuiusmodi ministerium vobis traditur, ideò vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis. Et hanc opinionem, & propriam turratur, & expendit Vasq. citato loco, vbi videri potest.

7. Sed pro conciliatione text. in cap. 1. de sacramentis non iterand. & in c. Subdiaconus. 23. dist. videndum est, an in ordinâdis subdiaconis, sicut in ordinandis Diaconis, manus Episcopi impositio requiratur? Pars negatiua probatur expressè in d. cap. Subdiaconus, ibi, *Quia manus impositio non accipit.* Insuper probatur, quia in Pontificali nulla manus impositionis mentio reperitur in ordinatione subdiaconi, & solum reperitur in ordinatione Diaconi; vnde manifestè ostenditur, in ordinandis subdiaconis manus impositionem non esse necessariam; contraria tamen sententia videtur expressè probari per textum in dicto cap. 1. de sacramentis non iterand. Vbi cum quæsitum fuisset à Summo Pontifice, an ille, qui in subdiaconatu ordinatus fuit sine manus impositione, posset in eodem ordine ministrare, an verò iterùm cum manus impositione deberet ordinari? Respondit non esse iterandum, quod in-

cautè fuit prætermissum; in quo sine dubio supponit Summus Pont. subdiaconos eo tempore per manus impositionem ordinari. Sed vel cū Antonio Augustino in 3. collect. Decretal. lib. 1. tit. 12. cap. vnico, dicendum est non esse veram communem litteram ibi, *Subdiaconus*, sed aliam, quæ habet, *Diaconus*, qui testatur ita scriptum reperiri in duplici exemplari manu scripto, cui interpretationi fauet Gloss. margin. in d. cap. 1. vel cum Abbate ibidem, nu. 2. Intelligendus est text. non de manus impositione consecratoria, sed benedictoria, multiplex enim est manus impositio, cap. *Quoniam*. 69. dist.

Subdiaconatum antiquitus ordinè sacrū non fuisse colligunt Doctores ex Innocent. 3. in c. à multis, de etate, & qualitat. & in c. *Miramur*. de seru. nō ordinand. & ex Urban. 2. in c. *Nullus*. 60. dist. Durād. in rational. lib. 2. c. 8. in princip. Bellarm. 2. tom. de sacram. ord. lib. 1. c. 7. Henriq. in sum. lib. 10. de sacram. ordin. c. 13. §. 4. Vasq. in 3. p. disp. 237. c. 2. n. 12. & disp. 238. c. 1. n. 7. & c. 6. à n. 59. & disp. 248. cap. 3. à principio. Ideò autem subdiaconatus ordinem sacrū non fuisse antiquitus existimarunt communiter Doctores, quia eo tempore non licebat subdiaconis sacra vasa tangere. Ita multis omisis, Bellarm. vbi suprâ, vers. *Respondeo*. Mouentur primò per Concil. Laudicanum canone. 21. ibi, *Quoniã non oportebat subdiacono licentiam habere in secretarium ingredi, & contingere vasa dominica.* Secundò mouentur per textum in cap. *Nullus Acolytorum*. 24. dist. ibi, *nullus Acolitorum, vel subdiaconorum rem consecratam à præbytero alijs porrigat, &c.*

Ant. August.

8.

Ca. à multis, de etate, & qualitat. G. *Miramur*. de seru. non ord. C. *Nullus*. 60. dist. Durand. Bellarm. Henriq. Vasq.

Conc. Laudican.

C. *Nullus* 24. dist.

Sed licet hæc communis sententia vera sit, subdiaconatum scilicet olim ordinem sacrum non fuisse, tamen non est vera communis ratio, in qua fundatur: certum est namque etiam olim licuisse subdiaconis sacra vasa tangere; cum enim traditio, & tactus horum vasorum sit materia huius sacramenti, ut iam probauimus, nullo iure prohiberi vnquam potuit subdiaconis, ne tangant vasa sacra, calicem scilicet, & patenam; hoc enim absurdum erat, sed ne tangant vasa, in quibus sacræ Eucharistiæ reliquiæ seruabantur; non enim poterant huiusmodi vasa deferre, aut extrahere ex loco, vbi Eucharistia seruabatur: hoc enim tantum Diaconis concessum erat; quem sensum aperte colliget ex verbis dicti Concilij, & d. cap. *Nullus Acolitorum*, qui consideratè eorundem verba perlegerit. Ita eleganter Vasq. d. disp. 238. cap. 6. à n. 59. Provera igitur ratione huius rei notandum est, ordinem sacrum illud dici, qui habet annexum votum castitatis, & non sacram, illum, qui huiusmodi votum annexum non habet. Turrecrem. in c. *Erubescant*. 3. dist. Abb. in cap. à multis, de ætat. & qualitat. Petr. Greg. syn-tag. iuris vniuersi, lib. 16. cap. 7. nu. 9. Vnde cum ordo subdiaconatus votum continentia olim annexum non haberet, deducunt Doctores ex text. in d. cap. *Nullus in Episcopatum*. 60. dist. vbi Turrecremat. & ex text. in cap. à multis, vbi Abbas, & communiter scribentes de ætat. & qualitat. & ex text. in cap. *Miramur*, de seru. non ordinand. Merito subdiaconatus eo tempore ordo sacer non fuit. Henriq. dicto lib. 10. cap. 13. §. 4. Valentia tom. 4. disp. 19. q. 5. punct. 5. versic. Grego-

Vasq.

10.

Turrecr.
Abb.
Pe. Greg.Henriq.
Valent.

rius autem, Petrus de Bollo in sua æconomia Canonica classe. 1. cap. 1. §. 5. Vasq. in 3. p. disp. 237. cap. 2. n. 12. & disp. 246. cap. 3. in principio.

Pe. de Bol.
lo.
Vasq.

§. II.

Utrum subdiaconatus ordini sit, vel fuerit omni tempore annexum castitatis votum?

SUMMARIUM.

- 1 An subdiaconatus ordini sit vel fuerit omni tempore annexum votum castitatis?
- 2 Præceptum continentia sacris ministris iniunctum circa matrimonium contrahendum, in utraque Ecclesia Græca, & Latina habuit initium à tempore Apostolorum.
- 3 Tempore Concil. Anextrani licitum fuit sacris ministris Ecclesia Græca etiam post ordines sacros susceptos, matrimonium contrahere.
- 4 An idem tempore Concil. Triburiensis in Latina Ecclesia obtinisset?
- 5 Quid statutum sit hodie, & fuisset olim in Ecclesia Græca circa præceptum continentia sacris ministris iniunctum in matrimonio ante ordines contracto?
- 6 Interpretatio ad can. 50. Apostolorum.
- 7 An Apostoli uxorati fuissent?
- 8 Interpretatio ad textum in cap. Cum igitur. 35. q. 1.
- 9 Quid hodie sit, & olim fuisset statutum in Ecclesia Latina circa præceptum continentia sacris ministris impositum in matrimonio ante ordines contracto?
- 10 Subdiaconis olim non fuit annexum votum castitatis, & quid hodie.
- 11 Præceptum continentia sacris ministris iniunctum non prouenit à iure diuino, sed à iure ecclesiastico.

Ex

1.

EX præcedentibus necessa-
riò sequitur ventilare quæ-
stionem illam, vtrum sub-
diaconatus ordini sit vel fue-
rit omni tempore annexum votum
castitatis, ita quod licitè possint du-
cere vxorem, vel aliquo tempore po-
tuissent? Et in hac difficili quæstione
adeò varia comminiscuntur Docto-
res tam Theologi, quàm nostri Iuri-
stæ, vt veritatem potiùs occultare,
quàm declarare videantur. Pro faci-
liori tamen intelligentia, notandum
est, duas partes continere præceptū
continentiæ sacrorum ordinum, vt
suprà ostendimus. prima versatur cir-
ca contrahendum, vel non contra-
hendum matrimonium post ordi-
nes susceptos. Secunda circa seruan-
dam continentiam in matrimonio iam
ante ordines contracto; & in prima
parte huius præcepti, quam minùs dif-
ficilem existimant interpretes, inge-
tes tamen habet difficultates, vt iam
diximus, & infra apparebit. Pro com-
perto est tam in nostra Latina Eccle-
sia, quàm in Græca statim ab initio
nascentis Ecclesiæ, & tempore Apo-
stolorum iniunctum fuisse sacris mi-
nistris, quorum è numero sunt sub-
diaconi, vt post susceptos ordines ma-
trimonium contrahere non possint.
Ita de plano procedere existimât Va-
lencia 4. tom. disput. 9. q. 5. punct. 5. &
specialiter de subdiaconis, versic. *Gre-
gorius autem*, Bellarm. 1. tom. de cleri-
cis lib. 1. c. 19. Petrus de Bollo vbi su-
prà, vbi Vasq. in 3. p. disp. 249. c. 3. in
principio, Azor. tom. 1. lib. 13. c. 12.
Aegidius Conin. de sacram. ordinis
disput. 20. dub. 12. Sanch. dicto lib. 7.
disp. 27. Soar. de Religion. tom. 3. lib.
9. c. 14. & alijs in locis vltra antiquio-

Valent.

Bellarmin.
P. de Bollo
Vasq.
Azor.
Aegid. C.
Sanch.
Soar.

res, quos ipsi referunt. Probatur hæc
sententia, quoad tempus primitiuæ
Ecclesiæ ex canone 25. aliàs 27. Apo-
stolorum, vbi hæc verba reperiuntur:
*Innuptis autem, qui ad clerum proeecti
sunt, precipimus, vt si voluerint, vxores
accipiant, sed lectores, cantoresq. tantum-
modo:* at verò quoad tempus antiquū,
post primitiuam Ecclesiam, probatur
ex text. in cap. *Si quis eorum*. 32. dist. &
in cap. *Cum in præterito*, secundum in-
tellectum Gloss. ibidem, verbo, *inser-
uiunt*. 84. dist. & in cap. *Presbyteris*. 28.
dist. & in cap. *Si quis à modo*. 81. dist.
Quoad tempus vero hodiernum pro-
batur ex text. in cap. 1. & 2. *qui clerici,
vel vouentes*, & in cap. vnico de voto,
& voti redempt. lib. 6. Probatur etiam
authoritate Sum. Pontificum, Con-
ciliarū, & Patrū relatorū à Petro de
Bollo dicta classe 1. cap. 1. §. 8. per to-
tum. Sed licet hoc attento statu vtri-
usque Ecclesiæ tam Græcæ, quàm
Latinæ, verissimum sit, tamen con-
trariam consuetudinem in vtraque
Ecclesia admissam fuisse apparebit,
ex sequentibus: & primo quoad Ec-
clesiam Græcam constat ex textu dif-
ficili in cap. *Diaconi*. 28. dist. vbi aper-
tissimè probatur, quod si Diaconus,
vel subdiaconus, de quo etiam intel-
ligitur communiter prædictus textus,
in ordinum susceptione protestatus
fuerit, se continere non posse, quod
ritè postea cōtrahere possit. At vero
quoad Ecclesiā Latinam, in ea eandē
consuetudinē obtinuisse, probatur ex
Conc. Tribunensi, quod citat Petrus
Damianus in epist. ad Cumbertum
Episcopum Taunensem, & refertur à
Vasquio dicta disp. 249. cap. 2. n. 17.
quo Concilio concessa fuit facultas
promotis ad sacrum ordinē ineundi,
postea

C. Si quis
eorū. 32. d.
C. Cum in
prat. 84. d.
C. Prasqy
teris. 28. d.
C. Si quis
à modo. 81.
C. 1. & 2.
qui cleric.

Pe. de Bol-
lo.

C. Diaconi
28. dist.

Conc. Tri-
bunens.

Vasq.
3.

postea coniugia, & quia communiter Doctores existimant à principio nascentis Ecclesiæ vsque ad hodiernum diem, nunquam licuisse sacris ministris post susceptionem sacrorum ordinum matrimonium cōtrahere, mirum in modum torquentur circa intelligentiam text. in d. cap. *Diaconi*, aliter enim Turrianus lib. 2. de dogmatibus caractericis, §. *Ad hæc obijcient.* Aliter Medina lib. 2. de continentia, cap. 14. aliter Archidiaconus, Turrecremata, & Gemin. in d. cap. *Diaconi*, aliter Petrus de Bollo vbi supra, & varij variè intellexerunt, quibus omnibus ommis; dicendum est, quod licet huiusmodi præceptum cōtinentiæ sacris ministris iniunctum statim à principio nascentis Ecclesiæ incepisset, vt constat ex supra relatis auctoritatibus, tamen in tempore Concilij Ancirani, ex quo prædictus textus desumptus fuit, huiusmodi præceptum in Ecclesia græca ex parte cessauit, concessumque fuit subdiaconis, cæterisque sacris ministris, vt etiam post susceptos ordines matrimonium contrahere possint, & hanc consuetudinem aliquo tempore in Ecclesia Græca obtinuisse vltra prædictum textum apertissimum in hac materia suaderi videtur ex Concilio Romano celebrato sub Syluestro can. 8. Quo expressè probatum fuit subdiaconis, & in consequentiæ sacris ministris omnibus ne post susceptos sacros ordines matrimonium contraherent, quæ prohibitio apertè supponit contrarium eo tempore in Ecclesia Græca obtinuisse; & hanc prohibitionē cæteris Concilijs, quæ post Romanum celebrata fuerunt repetita fuit, & iniuncta sacris ministris

habito semper respectu ad contrariam consuetudinem, quæ tempore Ancirani Concilij in Ecclesia Græca vigebat, nempe in Concilio Aurelianiensi. 3. canon. 7. & in Concil. Tolitano cap. 1. Ex quibus de plano, & sine violentia procedit textus in dicto cap. *Diaconi*, ad quem intellectum sic præstitum videtur intendere Vasq. d. disp. 244. cap. 4. nu. 27. & ita etiam intelligi potest text. aliàs difficilis in cap. *Aliter*. 31. dist. ibi, *In Orientali Ecclesia presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos matrimonio copulari, &c.* Quicquid aliter intelligat Glossa ibidem, & quicquid aliter Caietanus 1. tom. opusculorū, tractatu 27. Et quicquid aliter Soto lib. 7. de iustitia, q. 6. art. 2. Restat modò respondere ad Concil. Tribun. relatum à Petro Damiano vbi supra, quod Concilium totum legi in duobus exemplaribus, & non inueni canonem à Petro Damiano relatum, quo sacris ordinibus initiatu concedatur facultas matrimoniū contrahendi; quare, vel dici potest falsò canon ille Patribus illius Concilij tributum fuisse, vel sicut in Græca, etiam in Latina Ecclesia aliquo tempore illam consuetudinem perdurasse. An verò matrimonium sit nullum, si de factò contrahant subdiaconi, & cæteri sacris ordinibus insigniti: vide Vasq. disp. 244. cap. 4. num. 30.

In secunda verò parte huius præcepti continentie subdiaconis, cæterisque sacris ministris impositi, scilicet circa seruandam continentiam in matrimonio ante ordines contracto, distinguendum est inter Ecclesiam Græcam, & inter Ecclesiam Latinam. Et in Ecclesia Græca, vt facilius

Conc. Aurelian.
Conc. Tolitano.

Vasq.

Caiet.

Soto.

Vasq.

4.

liùs percipiatur, quid sit hodie, & fuisset olim statutum circa huiusmodi præceptum cum Vasquio dicta disp. 248. cap. 1. & Soar. vbi suprâ quatuor tempora distinguenda sunt; primum tempore primitiue Ecclesiæ, quo attento, nec in Græca, nec in Latina Ecclesia licebat sacris ministris vsum matrimonij iam ante ordines cōtracti exercere. Probatur vltra alia fundamenta relata à Medina libr. 2. de continentia, cap. 39. & à Vasquio vbi suprâ ex Concil. Carthagin. 2. can. 2. vbi cum agatur de castitate ab huiusmodi sacris ministris obseruanda, sic dicitur, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Secundum tempus fuit Concilij Niceni, quo huiusmodi Apostolorum præceptum reuocatum fuit, & permissum sacris ministris vti matrimonio ante ordines contracto, vt constat ex iplo Concilio Nicæno can. 8. Tertij temporis meminit Hieronymus Patriarcha Constantinopolitanus in censura Orientalis Ecclesiæ in epilogo illius parùm à princip. Petrus de Bollo dicta classe. 1. cap. 1. §. 6. Valentia, & Vasq. vbi suprâ, quo attento in vim præcepti obligabantur sacri ministri ante susceptionem ordinum matrimonium contrahere, vt eo postea vti valeant, nemoq; ordinari poterat, quin prius vxorem habuisset. Quartum verò tempus est hodiernum, quo attento non coguntur sacri ministri, prout in tertio tempore dictum est, matrimonium contrahere, eis tamen licet si se continere non possint vxores ducere ante ordinum susceptionem, quibus postea vti possint, quas si ante ordinum susceptionem nō acceperint, eas po-

steà ducere non possunt, vt iam probauimus. Et hæc quatuor tempora, quasi de plano, & sine controuersia procedant, docet, & explicat Vasq. vbi suprâ. Nullam contra citatam doctrinam difficultatem adducens, cōtra quam terribilia sunt argumenta, quæ citatam doctrinam in totum destruere videntur. Imprimis namque, quod hoc continentie præceptum à tempore Apostolorum non incepisset videtur probari ex canon. 6. Apostolorum, vbi hæc verba reperiuntur, *Episcopus, aut presbyter uxorem propriam nequaquam obtentu religionis abiciat.* Secundò vrget quinquagesimum Canon Apostolorum, vbi sic dicitur, *Si quis Episcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut quis omnino, ex sacerdotali consortio, nuptijs, & carnibus, & vino abstinnerint, non propterea, quod mens ad culturam pietatis reddatur exercitior, sed propter abominationem: oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod masculos, & fæminam Deus creauit, sed diffamatoribus laceffens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitur, aut deponitur, aut ex Ecclesia eicitur.* Tertio vrget quod Apostoli ipsi vxorati fuerunt, vt constat ex quamplurimis Patrum, & scripturarum testimonijs relatis à Vasq. disp. 249. cap. 8. per totum: ergo qui vxoribus utebantur, eis prohiberi non posse videbatur. Quarto vrget textus difficilis in cap. Sors. 26. q. 2. ibi, *Copula sacerdotalis, neq; legali, neque Apostolica auctoritate prohibetur ecclesiastica, aut lege penitus interdicitur.* Quinto vrget text. in cap. Cum igitur. 35. q. 1. ibi, *post Apostolica instituta, quadam consilia perfectionis addidisse, vt de continentia clericorum.* Quibus fundamētis supradictam ca-

Soar.

Medina.
Vasq.
Conc. Carthag.

Conc. Nicænan.

5.

Pet. de Bollo.
Vasq.
Valentia.

Vasq.

Ca. Sors.
26. q. 2.Cap. Cum
igitur. 35.
q. 1.

6.

Caluin. tholicam, & veram doctrinam euertere conati sūt Calvinus lib. 4. institutionum, cap. 12. sect. 25. Melancton in libro Cælibat ad Regem Anglię, & in Apologia confessorū, & Chemnitius relati à Valentia vbi suprā.

7. His tamen non obstantibus firmiter supradicta doctrina retinenda est, neque obstant fundamenta contra eā adducta: nam ad primum dicendum est, in eo Canone, tantum præcipi Episcopis, aut præbyteris, ne prætextu religionis abijciāt vxores, quas ante ordinationem duxerint; debent enim illas alere, & ipsis providere, vt cauetur in Concilio Turonēsi. 2. can. 8. ita Soto de iustit. lib. 7. q. 6. artic. 2. Valentia dicta q. 5. punct. 5. versicul.

Cont. Turonens. Respondet Turrianus. Ad secundum vero respondendum est prædicto Canone tantum prohiberi ne sacri ministri abstineant ab vxoribus ex illa abominatione matrimonij, quod, vt sacramentum à Deo institutum coli debet; non tamen prohiberi, ne à commixtione vxorum se abstineant, imo potius in ipso Canone insinuat præceptum aliàs Apostolicum, vt scilicet tales ministri abstineāt à nuptijs, eo quidem fine, vt reddantur exercitiores ad cultum pietatis, ita Valentia, & Petrus de Bollo vbi suprā, Capistrano in suo speculo clericorum. 3. p. fol. 32. versic. Quartus est. Ad tertium verò respondendum est, quod licet apud Catholicos controuersum sit, an Apostoli vxorati fuissent, aut non? multis existimantibus omnes vxoratos fuisse, vt ex Ignatio, & alijs refert Bellarm. 1. tom. lib. 1. de clericis, cap. 20. ad quartum argumentum: multis vero tenentibus nullum ex eis præter Petrum vxorē ha-

Valent. Restat modò videre, quid hodie sit, & olim fuisset statutum in Ecclesia Latina circa præceptum continentiae in matrimonio ante ordines contracto? Et apud omnes receptum est huiusmodi præceptum continentiae à tempore Apostolorum (ex quo originem

habuisse. Baronius tom. 1. annalium anno Christi 57. & 66. quicquid tamen sit, apud omnes receptum est, post vocationem Apostolorum ad Apostolatam, eos vxoribus vsos non fuisse, sed continentes verè Apostolicam vitam profiteri, & ideo non inconuenit eos vxores habuisse, siquidem ipsis non utebatur: & quod vxoribus non uerentur, probatur ex Matth. 19. ibi, *Eccc nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te.* Quæ verba cum postea Christus Dominus explicaret, ait, *Et omnis, qui reliquerit patrem, aut matrē, aut uxorem, &c.* Ita ex Hieron. lib. 1. aduersus Iouinianum n. 30. refert Vasq. dicta disp. 249. cap. 8. à principio. Ad quartum vero dicendum supradicta verba d. cap. 505, non esse ipsius Canonis, sed Gratiani, qui nullum firmum fundamentum, aut testimoniū habere potuit, vt negaret hanc legem esse Apostolicam; quare ei credendū non est. Soto dicto artic. 2. in vltimis verbis, Valentia d. q. 5. punct. 5. vers. *Secundò obijciunt;* ibi, *Huius textus difficultatem subterfugere videatur;* Archidiacon. ibidem, & Turrecrem. qui per eum sicco pede transiit. Quo etiam modo cum eodem Soto, & Valentia intelligendus est textus in d. cap. *Cum igitur.* 35. q. 1. quem adduximus in 5. difficultate, ibi, post Apostolica instituta, &c. Quæ verba non Canonis, sed eiusdē Gratiani sūt, vt supradicti testantur.

8. Restat modò videre, quid hodie sit, & olim fuisset statutum in Ecclesia Latina circa præceptum continentiae in matrimonio ante ordines contracto? Et apud omnes receptum est huiusmodi præceptum continentiae à tempore Apostolorum (ex quo originem

*Baron.**Mat. 19**D. Hier. Vasq.**Soto. Valent.**Ca. Cum igitur.*

8.

ginem habuisse iam supra probauimus) vsque in hodiernum diem sine aliqua interruptione perdurasse in presbyteris, & Diaconis: & hanc esse inter alias principalem differentiam inter ministros Græcæ Ecclesiæ, & Latinæ; ita Soto, Medina, Valentia, & alij supra relati. Vasques dicta disput. 248. cap. 2. Tota controuersia est in subdiaconis, quorum occasione hanc disputationem præsentis loco posuimus: & licet aliqui existiment, ex tempore primitiæ Ecclesiæ annexum fuisse votum castitatis in matrimonio ante ordines contracto, Valentia d. disp. 10. q. 1. puncto 5. versic. Duodecimo obijciunt. Tamen propter expressum testimonium Urbani II. in cap. Nullus ad Episcopatum. 60. dist. & Innocent. III. in cap. à multis, de ætate, & qualitat. Dicendum est subdiaconos tempore primitiæ Ecclesiæ uti posse matrimonio ante ordines contracto, quia eo tempore hic ordo sacer non erat, id est, non habebat annexum votum castitatis, ut supra explicauimus. Henriq. d. libr. 10. cap. 13. §. 4. Vasq. d. disput. 248. cap. 3. Petrus Gregor. syntagmat. iuris vniuersi. 2. tom. lib. 16. c. 7. n. 9. Hanc tamen antiquam subdiaconorum consuetudinem reuocatam fuisse, constat ex text. in d. cap. à multis, & ex text. in cap. Erubescant, & in cap. Si quis eorum, & in cap. Subdiaconis, & in cap. Placuit. 32. dist. & in c. Ante triennium, & in cap. Episcopos. 31. dist. cum multis alijs: & licet variatum sit quo tempore in Hispania incepisset castitatis votum annexum esse ordini subdiaconatus; tamen in Concilio Illebotomitano principium habuisse, communior docet sententia, ut constat

A ex Vasq. d. cap. 3. Sed an huiusmodi præceptum castitatis, sacris ministris iniunctum, proueniat à iure diuino, an verò à iure tantum ecclesiastico? Vide quæ supra diximus in disput. de Præsbyteris, §. 7. cum Sanch. Soar. Aegid. & Vasq. dictis locis.

Vasq. II.

Sanch. Soar. Aegid. Vasq.

§. III.

De officijs Subdiaconorum.

SUMMARIUM.

- B 1 Subdiaconi in locum Nathaneorum successerunt.
- 2 Quæ pertineant ad officium subdiaconatus?
- 3 An legere Epistolam pertineat ad subdiaconos ratione officij?
- 4 An subdiaconus possit aquam vino infundere ante consecrationem?
- 5 Christus Dominus exercuit officium subdiaconatus.
- 6 Subdiaconus non peccat mortaliter recitando Epistolam in peccato mortali.
- C 7 Quæ sit ætas legitima ad subdiaconatum suscipiendum?
- 8 Subdiaconi antiquitus in Episcopos eligi non poterant, sed hodie contra.
- 9 An Choepiscopi subdiaconatus ordinem conferre possint?



Subdiaconorum verò (qui in locum Nathaneorū successerunt, Durand. in rationali. lib. 2. c. 8. n. 1.) officium est, calicem, & patenam ad Altare deferre, & diaconis tradere, eisque ministrare, vrceolum quoque aquæ, & mantile tenere, Episcopo, præbyteris, & diaconis, pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere: textus est in cap. Perlectis. 25. distin. Petrus Gregor.

I. Durand.

Ca. Perlectis. 25. d. Gregor.

Medina. Vasq. Valent.

Valentia.

Urban. 2.

Innoc. 3.

10.

Henriq.

Vasq.

Pe. Greg.

Ca. à multis.

C. Erubescant.

C. Subdiaconus.

C. Placuit

Ca. Ante triennium.

C. Episc.

- Pe. Greg. Valentia.* Gregor. dicto lib. 16. cap. 7. n. 8. Valentia 4. tom. disput. 9. q. 1. puncto. 3. subdiaconi officium. Petrus de Bollo dicta classe 1. c. 2. §. 10. statim à principio, & ideò accipiunt ab Episcopo calicem, & patenam, & ab Archidiacono vrceolum, & mantile. Valentia vbi suprà. Vasq. in 3. p. disp. 236. cap. 3. in principio. Ochogauia in tract. vnico de sacramento ordinis, q. 2. n. 15. Insuper legit Epistolam solemniter ex præcepto Ecclesiæ, sed non ex vi ordinis, quia eam alicubi legit ex cōsuetudine Acolytus, Durandus d. c. 8. n. 4. Innocent. & Hostiensis in cap. *Vt quisque presbyter*, de vita, & honestate. Henriq. in summa lib. 10. c. 13. §. 4. Et licet ratione præcepti debeat sacerdos ipse aquam vino infundere ante consecrationem, adeo, vt non sufficiat, si subdiaconus aquam infunderet. Durand. & Ledesma relati, & sequuti à Vasquio in 3. p. disput. 177. cap. 2. n. 18. Id tamen intelligendum est, quando Diaconus auctoritate propria id facit; nam vt dicitur in rubrica Missalis Romani, in Missis solemnibus subdiaconus, aquā immittit, ita tamen, vt prius eam offerat sacerdoti benedicendam, qui sua benedictione præmissa, permittit subdiacono, vt aquam infundat, quod proindè reputatur, atque si ipse eam infunderet. Vasquez vbi suprà, & subdiaconatus officium exercuisse Christum Dominum, testatur Fr. Ioan. de Capristano de auctoritate Ecclesiæ, fol. 51. versic. *Sexto subdiaconatus officio*, cum misit aquam in peluim, & lauit pedes Discipulorū, & terfit, Ioan. 13. Nam subdiaconus cum ordinatur patenam de manu Episcopi vacuam accipere debet, & calicem vacuum.
- De manu verò Archidiaconi, accipit vrceolum aquæ, & manile, quod est vas, in quo aqua manibus infunditur; accipit etiam manutergium, cap. *Subdiaconus*. 23. dist. cap. *Ad subdiaconum*. 25. dist. An autem subdiaconus peccet recitādo Epistolā in peccato mortali, negatiuè resolue, cum Soto in 4. sentent. dist. 24. q. 1. art. 4. versic. *Septima conclusio*, Valentia 4. tom. disp. 3. q. 5. punct. 3. versic. *Secundò intelligitur*.
- Aetas verò legitima ad subdiaconatum conferendum, licet olim decimum octauum annū requisisset, iuxta textum in Clement. vltima de ætate, & qualitate: hodie tamen vigessimū secundum annū requirit, iuxta Conc. Trident. de reformat. cap. 12. Gutier. quæstionum Canonic. lib. 1. cap. 26. à n. 8. Garcia de benef. p. 7. cap. 4. nu. 21. cum sequentibus, Petrus de Bollo dicta classe. 1. cap. 2. §. 1. & sufficit vigessimum quintum annum attingere. Henriq. d. lib. 10. cap. 19. §. 2. licet autem antiquitus subdiaconi in Episcopos eligi non possent, hodie tamē rectè possunt, iuxta textum in cap. *Nullus*. 60. dist. & in cap. *à multis*, de ætate, & qualitate. Et licet in Concilio Ancyrano can. 13. & in Anthiochensi habito sub Iuliano. 1. can. 10. & in Hispalensi. 2. sub Sisibuto Rege, cap. 7. concessum sit Corepiscopis, subdiaconatus ordinem conferre possint, id tamen intelligendum est, de Corepiscopis, qui verè Episcopi non erant, sed de illis, qui erant extraordinarij, & Episcopi consecrati. Explicat Vasq. in 3. p. disputat. 238. cap. 7. à principio, Ochogauia in tractatu vnico de sacramento ordinis, quæst. 9.

DISPUTATIO XI.

De Minoribus ordinibus.

Egimus in præcedentibus disputationibus de sacris, seu maioribus ordinibus, in præfenti Beatum Isidorum imitantes in cap. *Cleros*, & in cap. *Perlectis*, agemus de minoribus ordinibus, ut tandem ex his omnibus appareat, quam perfectus sit hierarchici ordinis principatus.

§. I.

De ordine Ostiarij.

SUMMARIUM.

- 1 Qui dicantur minores ordines?
- 2 Ostiarius unde dicatur?
- 3 Quæ sint munera ostiarij?
- 4 Quæ sit forma, & materia ordinis Ostiarij?

Præter ordines sacros, & maiores, qui tres tantum dicuntur, veluti Præbyteratus, qui dictus est ordo maior propter sui eminentiam: reliqui autem duo, eo quod Diaconus, & Subdiaconus, in altari Præbytero inferuendo, de eius dignitate aliquid participant; alij quatuor ponuntur à Beato Isidoro in cap. *Cleros*. 21. dist. qui tamen dicti sunt minores ex eo scilicet quod suos ministros in inferiori gradu constituent. Ex his verò primus ordo est Ostiarij; est autem Ostiarius, idem quod ianitor, qui templi ianuis præficitur; sicut enim in templo Salomonis erant ianitores, quia ianuarum templi curam habe-

bant (ut refertur in cap. *Perlectis*. 25. distinct.) quique per vices suas omnia interiora, & exteriora illius custodiunt. His tamen Ostiarijs plura assignant munera Isidorus ubi supra, Alcuinus lib. de diuinis officijs, cap. 35. in 3. tom. Bibliothecæ sacrae, in Pontificali hæc omnia paucis verbis significantur: nam ibi de Ostiario dicitur: *Ostiarium oportet percutere cymbalum, scilicet tempore sacrificij, & campanam, aperire Ecclesiam, & sacrum, & librum aperire ei, qui prædicat.*

Resoluto iam in 4. quæst. processuali, §. 1. etiam minores ordinationes esse sacramenta. Primò, quia hæc sententia est multo communior inter Doctores scholasticos, ut etiam fatentur, qui cõtrarium docent, quos fusè ibi citauimus, & refert Aegidius Conin. de sacramentis, disp. 20. dub. 6. num. 41. & 42. Secundò, quia eam videtur insinuare Florent. in literis Eugenij, & Trident. sess. 23. cap. 2. Restat indagare quænam sit forma, & materia huius ordinationis. Quare

sciendum est materiam cuiusvis ordinis esse rem aliquam, quæ ab ipso ordinante traditur sub certa verborum forma, ut in Pontificali dicitur: unde ordinando in ostiarium, solum traduntur clauis Ecclesiæ ab Episcopo, quæ sunt materia huius ordinis; forma verò hæc est. Sic agite quasi redditum Deo rationem pro ijs rebus, quæ his clauibus recluduntur. Ita in Pontificali, & in Concilio Carthagin. 4. cap. 9. Reliqua verò, quæ in hac ordinatione exercentur, sunt tantum cæremoniæ ab Ecclesia institutæ, ut latè probat Vasquez in tertiam partem, disputatione 237. capite 2. numero 31.

C. Perlectis. 25. d.

Isidor. Alcuin.

3.

Aegid. Conin.

Conc. Florent. Trident.

4.

Conc. Carthagin.

Vasq.

§. II.

C. Cleros. 21. dist.

2.

§. II.

De ordine Lectoris.

SUMMARIVM.

1. Lector unde dirinetur?
2. Qua sint officia Lectoris?
3. Qua sint forma, & materia ordinis Lectoris?

1.

Secundus ordo, seu gradus, ad quem Ecclesiastici in templo Dei ascendunt, est Lectoris, de quo in Pontificali

dicitur: *Lectorem siquidem oportet legere ea, quae prae dicat, & lectiones cantare, & benedicere panes, & omnes fructus novos.* Vbi videntur ei tribui officia, quae partim subdiaconis, partim Diaconis, ac praesbyteris conueniunt, ut est, *praedicare, & fructus benedicere;* sed dicendum haec olim facta fuisse a lectore minore solemnitate, & extra officium Missae. Quomodo autem fiebat, variant Auctores; & difficile est conijcere, quia iamdiu non sunt in usu, probabile tamen est dicere cum Vas-

Vasq.

C. Perle-

Soto.

Perlectis, inquit, ad lectorem pertinere vaticinia Prophetarum populo praedicare; fortasse autem, ut notauit Soto in 4. dist. 24. q. 1. artic. 5. hoc genus praedicationis in lectoribus solum est instructionis cuiusdam, veluti Catechismi, circa cathecumenos baptizandos, ut explicat Vasques ubi supra.

Materia verò huius ordinationis consistit in traditione libri lectionum, quem lectionarium vocant. Forma

autem ex his verbis. *Accipite, & estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter & utiliter impleueritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei bene ministrauerunt ab initio.* Ita habetur in Pontificali Romano, & refert Stephanus cap. 2. & Hugo cap. 7. & ceteri scholastici ex Concilio Carthaginensi. 4. cap. 8.

Stephan.
Hugo.

§. III.

De ordine Exorcista.

B

SUMMARIVM.

1. Quis ordo sit Exorcista?
2. Qua sint munera Exorcista?
3. De materia, & forma Exorcista.

Tertius ordo, seu gradus est Exorcista, de quo in Pontificali dicitur: *Exorcistam enim oportet abijcere Demones, & dicere populo, ut qui non communicat, det locum, scilicet alteri communicanti, ut possit ad Altare accedere, & aquam in ministerium (scilicet Baptismi) fundere.* Ex quo intelligitur munus istud signatum in Pontificali de ef-

fundenda aqua, in ministerio procedere, ita illis conueniat post exorcismos implere fontem aqua pro Baptismo, & hoc est fundere aquam non super cathecumenum, sed in fontem baptismi, ut baptizetur. Isidorus tamen in dicto cap. *Perlectis,* non meminit illius officij mittendi aquam pro ministerio, neque alterius, monendi populum, ut qui non communicat det alteri locum: quae verè officia non sunt ea ratione in usu, saltem, ut fiant per eos, qui solum sunt exorcistae.

Ordinandis autem in exorcistas tradetur

1.

2.

Isidor.

3.

Vasq.

tradetur pro materia huius ordinis liber in quo exorcismi continentur, & pro forma hæc dicuntur verba: *Accipite, & commendate memoria, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue cathecumenos, sic dicitur in Pontificali, & Concilio illo Carthaginensi. 4. cap. 7. & referunt alij, quos citat Vasq. dicta disput. 237. cap. 3. n. 32.*

§. III.

De ordine Acolythi.

SUMMARIVM.

- 1 Acolythus unde dicatur, & in quo consistat eius munus?
- 2 Prima sententia circa ordinationem Acolythi.
- 3 Secunda sententia.
- 4 Tertia opinio.
- 5 Primam tonsuram non esse ordinem ecclesiasticum probatur.
- 6 Idem de Psalmistatu.
- 7 Officium Psalmistæ est psallendi, aut canendi Psalmos.
- 8 Psalmistæ officium multo minus esse primæ tonsuræ & clerici, ostenditur.
- 9 Laboratores, in nullo ordine ecclesiastico constituti.

I.

Quartus ordo est Acolythi, seu potius Acoluthi. Dicitur autem à verbo Græco *Acolyti*, id est subsequor, unde *Acolytos*, significat subsequentem, instar ministri, aut pedissequi, ex eo, quod Diacono, & subdiacono circa altaris ministeriū inseruiat. Vocatur autem communiter Acolytus, siue Acolytus, quod aliqui volunt deduci à verbo Græco, *Acolio*, id est, prohibito,

ita vt Acolytus sit idem, quod non prohibitus, eo quòd non prohibeatur accedere ad altare. Sed verius est, vt existimat Aegidius vbi suprà, ita dici corruptè per mutationem, aut subtractionem aliquarum literarum. Ostendit Vasq. d. cap. 7 n. 27. Dicitur autem Acoluthus alio nomine, ceroferrarius, eo quod ipsius sit ferre candelabrum cum cereo, quem etiam ipse accendit. Officium Acolyti exprimitur in Pontificali. *Acolytum enim oportet ceroferrarium ferre, luminaria Ecclesie accendere, vinum, & aquam ad Eucharistiam ministrare.*

Circa tamen Acolythi ordinationem non conueniunt Doctores: nam sunt, qui dicant materiam huius ordinis esse traditionem vrceoli vacui. Formam verò illa verba: *Accipite vrceolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.* Ita Durand. in 4. distin. 24. quæst. 3. num. 6. Palud. quæst. 2. artic. 3. conclus. 2. numer. 15, qui pro hac sententia citant D. Thomam in 4. distinct. 24. quæst. 1. artic. 1. Probat, quia quoties alicui ordini plura conueniunt ministeria in traditione rei ad præcipuum ministerium, cõferri debet ordo: præcipuum autem ministerium Acolythi est ministrare vinum, & aquam pro sacrificio. Neque obstat, quod Acolytus dicatur ab alio ministerio, quod est deferre luminaria, vt suprà vidimus, quia nomen desumi potest à ministerio magis noto, licet non tam præcipuo.

Secunda verò sententia docet materiam esse traditionem candelabri cum cereo extincto; formam autem: *Accipite ceroferrarium, cum cereo, vt sciatis vos ad accendenda Ecclesie luminaria*

H h

minaria

Aegid.

Vasq.

2.

Durand.
Palud.

D. Thom.

3.

minaria mancipatos in nomine Domini.

Bonau.

Magist.

Richard.

Angel.

Bonauent. in 4. distinct. 24. 2. parte, dubio quinto circa liter. Magistr. Richard. eadem distinctione, articul. 4. quæst. 3. in corpore. Angelus in summa verb. *Ord.* num. 4. qui putat ministerium illud deferendi cereos accensos ante sacerdotem, & Episcopum, præcipuum esse in Acolytis.

4.

Viguer.

Tertia sententia, cuius auctor est Viguerius in summ. Theolog. cap. 16. §. 6. asserit in traditione vtriusque rei, & in vtraque forma, simul hunc ordinem conferri, & characterem imprimi. sequitur Vasq. disputatione 237. numer. 35. Ratio fundamentalis est, quia vtrunque eodem modo traditur in Pontificali, & Concilio Carthagin. 4. cap. 6. Deinde, quia in sacerdotij ordine duplex est forma, & materia, quia ad duplex munus diuina institutione ordinatur, vt supra ostendimus in disp. de præbyteris, §. 6. Si tamen alterum eorum præcipuum sit, nempe corpus, & sanguinem Christi consecrare. Sed in prædictis sententijs primus videtur mihi probabilior, ex illo scilicet fundamento, quia debet huiusmodi ordo ad præcipuum ministerium conferri, prout est ministrare vinum, & aquam in sacrificio; quemadmodum in ordinatione subdiaconi duplex traditur materia, & tamen in traditione vnius duntaxat confertur ordo.

5.

His expensis, planè consequitur i. primam tonsuram non esse ordinem ecclesiasticum, vt supra latè probauimus in 3. quæst. proœmiali, §. 1. quia non est gradus, per quem ij, qui in templo seruiūt ad sacerdotiū ascēdūt; sed primus ordo, hoc est, primus gradus, per quem ij, qui in templo ministrant,

incipiunt ascēdere, est Ostiarius, sicut primus gradus in scala est ad quem primò ex pavimento domus ascenditur. Idem etiam dicendum est de Psalmistatu, vel si Psalmistatus idem sit, quod prima tonsura, vel aliud diuersum, vt verius est, & probat text. in d. cap. *Perlectis*, vbi Isidorus tanquam de distinctis, & diuersis agit de prima tonsura, & Psalmistatu; quod ex eo ostenditur, quia Psalmistatus tantum est officium psallendi, aut cãtandi Psalmos, hoc autem pertinet ad totum chorum, hoc est, ad omnes clericos. Et si replices, quod Isidorus dicit ad hoc munus eligi consueuisse, nempe de choro sola visione præbyteros absque licētia Episcopi quinque quos probatos esse in arte cãtandi constitisset; non propterea negat quemlibet de choro ad hoc eligi posse; sed asserit hos tantum eligi consueuisse, vt dulcedine vocis suæ mentes auditorum delectarentur, id, quod desumpsit ex Concilio Carthaginensi. 4. capite decimo.

Porro autem hanc electionem non esse ordinationem, ac proinde officium psallendi non esse ordinem in Ecclesia; patet ex dicto Concilio Carthaginensi quarto, cap. 10. refertur in Canone *Psalmista*. 23.

Ex quibus colliges Psalmistæ officium multò minus esse, quàm primæ tonsuræ, & clerici; nam primam tonsuram sacerdos sine iussu Episcopi conferre nequit; at verò quisque ad psallendi officium eligi potest à sacerdote sine Episcopi licentia, vt in prædicto Canone dicitur: & licet de numero clericorum ad officium cantoris assumantur, interdum etiam de laics de signari solent.

Conse-

6.

C. *Perlectis*.

7.

8.

9.

Consequitur secundò laborato-
 res, Græcè, κοπιωταίω, à verbo,
 κοπιωταίω, Latine laboro, quos alij
 fossarios appellant, & de quibus su-
 præ secunda quæstione procemiali, §.
 3. numer. 1. In nullo ordine Ecclesia-
 stico esse constitutos, qui ad ministe-
 rium illud de sepeliendis mortuis
 nulla ecclesiastica cæremonia ab E-
 piscopo instituuntur, & ordinantur,
 sed voluntate tantùm sacerdotum in
 his ministerijs deseruiunt; licet ta-
 men ex testimonijs Patrum, quos
 supra retulimus, officium habuissent
 Ecclesiasticum, prout erant destina-

A ti ad sepelienda, & humanda corpo-
 ra fideiũ: nam cum humare corpora
 in templo ad Ecclesiasticos pertinet,
 non verò ratione ordinis, vt intelli-
 git Vasques dicto capite secundo, sed
 solum ratione officij, in quo consti-
 tuti erant absque vlla ecclesiastica or-
 dinatione. Haetenùs de secunda par-
 te huius Relectionis, seu de gradi-
 bus, qui per respectum ad diuinum
 Altaris sacramentum, & ad ordinis
 ministeria, ac potestatem in
 Ecclesiastica Hierarchia
 reperiuntur.

Finis secundæ partis huius Relectionis.



Hh 2

TERTIA

Fr. Greg. German.